This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

WIDENER LIBRARY
HX 15ZD B

Ger 95.37.20



Harvard College Library

By Exchange

B. BVRCARD GOTTH. STRVVII
ICTI

IVRISPRVDENTIAE HEROICAE

SEV

IVRIS QVO ILLVSTRES VTVNTVR PRIVATI

PARS VI.

OPVS POSTHVMVM
QVOD
EX B. AVCTORIS SCHEDIS EDIDIT
SIMVLQVE
VARIAS OBSERVATIONES
ET INTEGRAS DISSERTATIONES
INSERVIT
D. IO. AVG. HELLFELD
P. P. O. ET SCABIN. COLLEGII ASSESSOR.
ACCEDIT
REPERTORIVM IN VI. PARTES PRIORES
LOCVPLETISSIMVM.

IENAE
APVD IO. ADAM MELCHIORIS VIDVAM
MDCCXXXXVIII.

HARVARD COLLEGE LIBRARY
BY EXCHANGE
11 JUN 1953

Ger 95.37.20

CAPVT I.

DE

TVTELA TESTAMENTARIA, LEGITIMA, DATIVA, MATERNA ET PACTITIA.

AVCTORE

D. IO. AVG. HELLFELD.

SVMMARIA.

§. I.

Tranſitus ab antecedenti ad praeſens caput.

§. II.

Antiquisſimam eſſe tutelam teſtamentariam ex textu S.S. Platone, Liuio etc. probatur.

§. III.

Teſtamentariam tutelam ex iuris naturalis principiis pater aeque ac mater recte conſtituit, non agnati.

§. IV.

I. N. et Romano tutela teſtamentaria legitimae praefertur.

§. V.

Quatenus inter ſupremi iuris imperantes tutela teſtamentaria locum habeat.

§. VI.

Inter Germaniae proceres tutela teſtamentaria obtinet quidem, aſt per modum exceptionis a regula.

§. VII. et VIII.

Imo non omnes iuris Rom. circa tutelam teſtamentariam diſpoſitiones inter illuſtres locum habent, et inde variae iuris illuſtrium et Rom. differentiae monſtrantur.

§. IX.

An agnatus ſucceſſori ſuo impuberi per teſtamentum tutores ſcribere poſſit, examinatur.

§. X.

Minime quoque neceſſe eſt, vt pater illuſtris tutorem teſtamentarium in ſolenni ſcribat teſtamento, ſed ſufficit, vt de voluntate conſtet.

§. XI.

Tutores teſtamentarii etiam vltra impubertatis annos dantur.

§. XII.

An tutela teſtamentaria cedi queat.

§. XIII.

Differentiae iuris Romani et illuſtrium in tutela legitima.

§. XIV.

Ad tutelam legitimam admittuntur omnes, quibus ius ſuccedendi competit, et ſi plures, omnes coniunctim vocantur, aſt iure Saxonico is, qui reliquos aetate antecedit, praefertur.

§. XV.

Materna tutela antiquisſimae eſt originis, etiam in Germania.

§. XVI.

Quatenus vero inter illuſtres tutela materna locum inueniat, variae ſunt Ictorum ſententiae, quae recenſentur.

§. XVII.

In ſupremi iuris imperiis non infrequens eſt tutela materna, prout exempla probant plura.

§. XVIII.

Inter Germaniae proceres ad priuatam tutelam mater admittitur.

§. XIX.

Minime vero ad publicam.

§. XX.

Hinc mater illuſtris regulariter legitima tutrix eſt liberorum imperio deſtitutorum.

§. XXI.

Eniq dantur caſus, quibus mater a publica quoque tutela non arcetur.

§. XXII.

Inde varia tutelae maternae exempla, quae tamen per modum exceptionis obtinent et non praeſumuntur, ſed probanda ſunt.

§. XXIII.

Licet vero mater publicam non habeat tutelam, ei tamen inſpectio quaedam denegari haud poteſt.

§. XXIV.

An mater ab inteſtato ad tutelam perueniat publicam, et agnatum excludat?

§. XXV.

An mater a tutela per teſtamenta et pacta familiae poſſit arceri?

§. XXVI.

An matri tutrici publicae neceſſario alius adiungendus ſit tutor.

§. XXVII.

§. XXVII.

Matri tutrici publicae competit iurium ſuperioritatis exercitium, et quibus formalibus expeditiones fiant ſub regimine matris tutelari.

§. XXVIII.

An mater minorennis ad tutelam adſpirare queat?

§. XXIX.

Quaenam praeſtanda ſint a matre tutelam ſuſcipere cupiente.

§. XXX.

Et haec per exempla probantur.

§. XXXI.

Renuntiatio SCti Vellei. quomodo fiat?

§. XXXII.

Quaenam ſit obligatio ex renuntiatione ſecundarum nuptiarum?

§. XXXIII.

An mater, quae ad ſecunda progreditur vota, abſolute ſit repellenda a tutela?

§. XXXIV.

Mater inuita ad tutelam non compellitur.

§. XXXV.

Inter illuſtres in ſubſidium tutela quoque datiua locum habet, dant autem tutores camera aeque ac iudicium aulicum.

§. XXXVI.

Vſus tutelae datiuae inter illuſtres variis confirmatur exemplis.

§. XXXVII.

Auſtraegae ius dandi tutores non habent.

§. XXXVIII.

Quinam magiſtratus det tutores illuſtribus terras ſimul poſſidentibus mediatas et immediatas.

§. XXXIX.

De tutela varii generis pacta poſſunt iniri et ſtatus controuerſiae circa tutelam pactitiam actitatae formatur.

§. XL.

Quatenus per pacta tutela iure Romano deferatur.

§. XLI.

Quatenus illa deferatur iure Germanico.

§. XLII.

Tutelae pactitiae vſus inter illuſtres.

§. XLIII.

Tutela pactitia teſtamento mutari nequit, ſiquidem tutoris pactitii intereſt.

§. XLIV.

An patrem habenti tutor dari queat.

§. I.

Cum in parte quinta de variis tutores conſtituendi modis et de tutelae ſpeciebus, generatim fuit actum, pauca adhuc de tutela teſtamentaria, legitima, datiua et pactitia ſuperſunt monenda. Quae in praeſenti capite

ſupplere animus eſt. Et primo quidem de tutela teſtamentaria ſumus acturi.

§. II.

Antiquisſima eſt, et omnibus fere populis innotuit tutela teſtamentaria. Ipſe Apoſtolus PAVLVS eam probat, verbis (*a*): *So lange der Erbe ein Kind iſt, ſo iſt unter ihm und einem Knecht kein Unterſchied, ob er wohl ein Herr iſt aller Güther, ſondern er iſt unter der Vormundſchafft bis auf die beſtimmte Zeit vom Vater.* Itidem apud Graecos tutela teſtamentaria non fuit incognita, de quo PLATO (*b*): *Quorum liberi tutoribus indigent, ſi quis eorum teſtatus moritur et ſcripſit liberis tutores, volentes quidem et promittentes tutores fore, quoscunque et quotcunque voluerit, ſecundum hanc ſcripturam tutorum electio rata eſto.* Simili modo apud Romanos ius tutores teſtamento nominandi non demum per leges XII. Tab. fuit introductum, ſed iam ſub primis reipublicae incunabulis, imo ſub Regibus, vſu Romae obtinuit. Quod clare probant LIVII (*c*) verba, dum de Tarquinio Priſco, quod per teſtamentum tutor Seruii Tullii fuerit conſtitutus, ſcribit: *donec in regiam quoque de eo (Tarquinio Priſco) fama perlata eſt, - - et per omnia expertus poſtremo etiam tutor liberis REGIS TESTAMENTO inſtrueretur.*

§. III.

Quod ſi tutelam teſtamentariam ex rectae rationis principiis conſideramus, pater aeque ac mater de ſuorum liberorum tutela diſponendi facultate gaudent libera. Sunt enim liberi τὸ ſuum non patris ſolum, ſed quoque matris (*d*). Iam vero ius in τὸ ſuum competens quilibet recte in alios trans-

(*a*) *Epiſtola ad Galatas* cap. IV. v. 1. 2.
(*b*) *De Republica* libro XI.
(*c*) *Hiſtoriarum* libro I. cap. XXXIV.
(*d*) Vide ſupra Part V. Cap. I. Sect. I. §. 8.

transmittit. E. quoque parentes ius liberos educandi et de eorum felicitate proſpiciendi tam inter viuos, quam vltima voluntate recte in alios transferunt. Et cum tutela in poteſtate pupillos educandi et de eorum felicitate curam gerendi conſiſtat; ius, tutelam liberorum aliis committendi, non poteſt parentibus denegari. Aſt licet vtrique parenti liberorum ordinandi tutelam libera competat facultas, praecipuae tamen partes ſunt patris, quippe penes quem eſt directorium ſocietatis coniugalis, diſſentiente a marito vxore (*e*). Hinc pater quidem ab educationis cura matrem penitus excludere nequit, aſt tutore per teſtamentum patris conſtituto alius a matre conſtitui non poteſt. Minime quoque agnati pupillis tutores in teſtamento ſcribere poſſunt. Hi enim pupillos tanquam τὸ ſuum conſiderare ideoque ius in eos aliis concedere nequeunt.

§. IV.

Teſtamentariam tutelam legitimae eſſe praeferendam non Romana ſolum iura praecipiunt, ſed ipſa quoque naturalis adſtipulatur ratio. Principio enim tutor datur perſonae pupilli, ius vero perſonae liberorum proſpiciendi patri praecipue competit, qui illud per teſtamentum vel pactum in quemlibet poteſt transferre (§. III.). Deinde in patre maior eſt notitia liberorum, vt ſciat, qui demum aptior ſit, ad regendum illos et educandum. Praeterea adfectus patris in liberos naturalis eſt, non lege adſcitus aut iurisiurandi religione. Vt adeo credibile ſit fore, vt in electione tutoris omnia metiantur pupilli ſalute (*f*).

(*e*) Vide ſupra P. II. Cap. VIII. Sectio I. §. 8.

(*f*) LVDEWIG *differ. iur. Rom. et Germ. in tutelis* differ. XI.

§. V.

Minime vero inter illuſtres tutela teſtamentaria ſemper praefertur legitimae, potius plerumque huius prae illa fortior eſt ratio. Et quidem, quod ad ſupremorum imperantium attinet tutelam tam publicam quam priuatam, in illa ordinanda ad leges regni fundamentales praecipue eſt reſpiciendum, his vero deficientibus patris voluntas, ſiue actu inter viuos, ſiue in euentum mortis ſit declarata, inſtar legis erit habenda, prout iam ſupra vberius demonſtrauimus (*g*). Inde nonſolum Romanorum Graecorumque hiſtoria tutelae varia ſiſtit exempla teſtamentariae (*h*), ſed illa quoque in regnis, quae noſtra aetate in Europa florent, obſeruamus. In Luſitaniae regno Alphonſi V. Regis mater Eleonora tutelam ex teſtamento ſibi delatam ſuſcepit (*i*). In Hiſpania Philippus II. filio Philippo III. conſtituit tutorem Albertum Cardinalem (*k*). In Gallia Ludouicus Balbus filio Carolo ſimplici Eudonem dedit tutorem, ſicuti et Philippus I. tutorem habuit teſtamentarium (*l*). Nec Anglia tutelae vſum teſtamentariae ignorat, quod exemplum Henrici VIII. A. R. docet, qui filio Eduardo teſtamento XVI. dedit tutores (*m*). In Suecia Carolus Guſtauus filio Carolo XI. matrem Hedwig ſcribit tutricem (*n*).

(*g*) Parte V. capite IV. Sect. I. §. 3.

(*h*) Supra Parte V. cap. IV. Sect. II. §. X. XI. XII. XIII.

(*i*) Supra P. V. Cap. IV. Sect. II. §. 15.

(*k*) Loco citato §. 23.

(*l*) Ibidem §. 30. et 31.

(*m*) Loco citato §. 42.

(*n*) Ibid. §. 51.

§. VI.

Sicuti vero in ordinanda ſummorum imperantium tutela ad leges regni fundamentales potisſimum eſt reſpiciendum, ita in conſtituendis S. R. I. Electorum, principum et ſtatuum tutoribus pactorum conſuetudinumque familiae et his deficientibus Legum et conſuetudinum imperii vniuerſalium prae primis ratio erit habenda. Praecipue vero inter Germaniae proceres ab antiquisſimis iam temporibus diſtinctio in tutelam publicam et priuatam locum inuenit, quae adhuc hodie vſu ſeruatur perpetuo (*o*). De priuata liberorum tutela teſtamento diſponere, iura patri permittunt illuſtri (*p*). Aſt alia ratio eſt publicae tutelae. Haec enim, prout ſuperius iam demonſtrauimus (*q*), ante finem Saeculi decimi quinti, exiſtente habili agnato, teſtamentaria eſſe non potuit, ſed proximus agnatus excluſis teſtamentariis tutoribus tutelare gesſit regimen. Et licet in Germania adoptatis Romanorum iuribus in quibusdam illuſtrium familiis tutela reciperetur teſtamentaria, haecce tamen particularis receptio nec conſuetudines patriae vniuerſales tollere, nec legem aliis illuſtrium familiis dare potuit. Tutelam igitur teſtamentariam inter S. R. I. ſtatus vſu vigere; quotidie obſeruamus, aſt conſtituit haec tutela exceptionem a regula, dum regulariter legitima ſolum locum inuenit, ideoque haec, non vero teſtamentaria, in dubio praeſumitur tutela.

§. VII.

Quamuis autem tutela teſtamentaria inter Germaniae proceres inſtar exceptionis a regula ſit recepta (§. VI.), minime tamen omnes, quas ius Romanum habet, ſubtilitates hic

(*o*) Vide ſupra P. V. Cap. VII. §. 16.
(*p*) Supra Cap. VII. §. 17.
(*q*) Loco citato §. 19.

hic locum inueniunt (*r*). Sic ex iuris Romani principiis tutorem non niſi pater nominat teſtamentarium (*s*), ſimili modo fieri debet haecce tutoris conſtitutio in ſolemni teſtamento vel codicillis teſtamento confirmatis (*t*), imo vltra annos pubertatis tutores vel curatores teſtamentarii ſcribi nequeunt, potius datio tutorum teſtamentaria absque his ſolemnibus facta vel plane nulla eſt, vel indigent tutores dati confirmatione. Aſt omnia aliter ſe habent apud Germanos, praeſertim inter illuſtres.

§. VIII.

Primo enim inter illuſtres non pater ſolum, ſed quoque mater recte tutores conſtituit teſtamentarios, et quidem mater illuſtris aut terras tenet, quibus cum imperio praeeſt, aut tales non poſſidet. Priori caſu, mater iuribus gaudens imperii, de tutela liberorum priuata aeque ac publica recte diſponit (*u*), modo vel pacto vel conſuetudine teſtamentariae de publica tutela diſpoſitiones in familia ſint receptae. Poſteriori caſu, mater absque imperio exiſtens publicos in teſtamento ſcribere nequit tutores. Quomodo enim, quae ipſa imperium non habet, illud tutori concedere poterit? De priuata vero liberorum tutela, quae in educatione et adminiſtratione bonorum a matre relictorum conſiſtit, vltima matris voluntas ſubſiſtit valida, idque ideo, quia ex iuris naturalis et Germanici principiis (*x*) mater pa-

(*r*) HEINECCIVS *Elem. iuris Germ.* lib. I. §. 366.

(*s*) L. 73. §. 1. de R. I. L. 1. §. 1. *de teſtamentaria tutela.*

(*t*) L. 1. pr. et L. 3. pr. *de tutela teſtam.*

(*u*) MOSER *StaatsR.* P. XVIII. cap. 89. §. 22. GRIEBNER *principia iurispr. illuſtrium priuatae* p. 150. Quaeritur an etiam mater tutorem dare poſſit? Reſp. non dubitandum, ſcilicet quoad bona, quae liberis relinquit et quoad educationem.

(*x*) Probauit hanc ſententiam LVDEWIG *differ. iuris R. et G. de tutelis* diſſ. 5. nota cc.

patriam participat poteſtatem et hinc de educatione liberorum, tanquam de τὸ ſuo libere diſponit, (§. 3.) imo nec ius Romanum tutores teſtamento datos materno penitus abhorret (*y*). Modo tamen liberi tutores nondum a patre habeant conſtitutos. Tales enim ſi habent, mater quidem ratione bonorum liberis a ſe relictorum curatorem recte nominat, minime vero tutorem, quia in diſſenſu patris et matris huius partes ſemper ſunt potiores (§. III.).

§. IX.

An agnatus ſucceſſori ſuo impuberi per teſtamentum tutores ſcribere posſit? quaeſtio eſt, quam nec leges imperii nec obſeruantia ſatis definiunt. Mouebatur illa Anno MDCCXLI. de quo ILL. MOSER (z) Anno MDCCXLII. *wolte währenden Kayſer-Wahl Tags verlauten, Churfürſt Carl Philipp habe ſeinem minderjährigen* proximo agnato *und* euentual ſucceſſori *dem Erb-Printzen zu Sulzbach, Chur-Bayern zum* tutore teſtamentario *verordnet, man hielte aber entgegen:* I. *Chur-*

(*y*) Permittit enim ius Romanum conſtitui a matre tutores, qui a magiſtratu confirmentur cum inquiſitione L. 4. D. de *teſtamentaria tutela* et L. 2. *de confirmandis tutoribus.* Ea tamen quoad tutores a matre nominatos inter ius Romanum et Germanicum eſt differentia, quod Romano iure matri hoc detur non ſui cauſa, ſed liberorum ergo, ſi ab his tutelam mercata ſit inſtitutione haeredum; contra Germanorum inſtitutis, hanc facultatem mater vi ſuae in liberos poteſtatis habet, inſtar patris, vt inter voluntatem vtriusque hic parum aut nihil videatur intereſſe. Ibi bonorum ergo illa conceſſa; hic vi poteſtatis in liberos inſtructa tutela. Illa curatelae vicina, non haec. Illa conſulis vel maioris magiſtratus auctoritate ſuſtinetur, haec opus non habet alieno ſuſtentaculo. Illa quaſi virtutis eſt, haec iuris et imperii. In plerisque hic ſeruamus verba de LVDEWIG *diff. I. R. et G. de tutelis diff. V.* nota dd.

(z) in *StaatsR.* Parte XVII. p. 357.

I. Chur-Pfaltz habe keine patriam poteſtatem *über den Printzen von Sultzbach, könne ihme alſo keinen Vormund verordnen: II. ſeye noch unausgemacht: ob die* Tutela teſtamentaria *bey Chur-Häuſern ſtatt habe, und III. ob Chur-Bayern zwey* vota, reſp. proprio et tutorio nomine *in Churfürſtl. Collegio führen könne?* Aſt mihi de dubia hacce quaeſtione placet ſententia B. KEMMERICHII (*a*), quam breuiter ſic exponit: *Non autem tantum deſcendentibus, ſed et collateralibus, tutorem conſtituere poterit teſtator illuſtris; quod conſtitutio non a patria poteſtate, ſed ſuperioritate territoriali, pendeat.* Cui ſententiae adſtipulatur TITIVS (*b*). Contradicit equidem ILL. MOSER (*c*), aſt, vt mihi videtur, minus recte. Poteſt enim quilibet territorialis dominus modum ſibi competentis regiminis ſuarum prouinciarum per leges determinare, quae valent, quatenus nec tertio ius auferunt quæſitum, nec a ſucceſſore abrogantur. Hinc quoque agnatus recte diſponit, quomodo, et per quem, durante ſucceſſoris minorennitate prouincias adminiſtrare velit, quam diſpoſitionem nec minor nec agnati impugnare poſſunt. Non minor, quippe, qui exinde haud laeditur et legislatoriae deſtitutus poteſtatis exercitio anteceſſoris diſpoſitiones abrogare nequit. Non agnati, quia per hypotheſin in familia teſtatoris teſtamentaria tutela locum habet, et inde ius ad tutelam perfecte quaeſitum agnatis competit nullum. Huc ſpectant publicae leges, quas de tutela ſuorum ſucceſſorum Germaniae proceres haud raro conſtituerunt, quorum exempla ſupra (*d*) occurrunt. Sic quoque Eberhardus inter Wurtebergiae du-

(*a*) in *introductione ad ius publ.* L. VIII. Cap. VI. §. 2.

(*b*) in *ſpecim. iuris publici* Lib. IV. Cap. VI. §. 10.

(*c*) *StaatsR.* P. XVIII. cap. 89. §. 24.

(*d*) Parte V. Cap. V. §. 6. §. 28. 29.

duces primus Anno MCCCCXCII. fratris filio, Henrico teſtamento dedit tutorem (*e*).

§. X.

Deinde pater illuſtris tutorem conſtituens teſtamentarium, non neceſſario per ſolenne hoc facere debet teſtamentum, ſed ſufficit, quod de patris conſtet voluntate. Tutor enim illuſtris tamdiu, ac pupillus ſeu minor nondum ad annos peruenit maiorennitatis, gaudet regimine prouinciarum, ideoque tutela illuſtrium iuris eſt publici. Ceſſant vero in iis, quae iuris ſunt publici, ſolemnia iuris ciuilis. Hinc non per ſolenne ſolum teſtamentum, ſed quoque per codicillos teſtamento vel confirmatos vel non confirmatos, imo et per pactum ac quamlibet voluntatis declarationem (*f*) pater, qui ſimul imperans eſt, ſuis liberis nominat tutores. Faciunt huc verba B. KEMMERICHII (*g*): *Modus conſtituendi a conſtituentis libertate dependet, quod is, qua dominus territorialis legibus ciuilibus eſt ſolutus; Vnde conſtitutio non praeciſe teſtamento, ſiue ſolemni, ſiue minus ſolemni, fieri debet, ſed quauis vltima voluntate fieri poteſt: nec aliud dicendum, ſi eadem tutela ad res patrimoniales extendatur adeoque priuatam velut abſorbeat* (*h*).

§. XI.

Apud Romanos quidem tutor vltra annos impubertatis valide haud conſtituebatur, quia tutela ao. XIV. ipſo iure finiebatur, et curatores nec inuitis nec in teſtamento dari

B 2 pot-

(*e*) Loco citato §. 82.

(*f*) Sic Fridericus Auguſtus Polon. Rex et Sax. Elector per publicam conſtitutionem de tutela diſponit. Vide ſupra P. V. Cap. V. §. 29.

(*g*) *in introductione ad ius publ.* lib. VIII. cap. VI. §. 12.

(*h*) conſentiunt MOSER *StaatsR.* P. XVIII. cap. 89. §. 14. TITIVS *ſpecimine iuris publ.* Lib. IV. cap. VI. §. 12. GRIBNER *princip. iurispr. priuatae illuſtr.* p. 151.

poterant, quamuis dati interdum confirmarentur (*i*). Aſt apud Germanos tutorum et curatorum differentia ſemper fuit incognita, potius idem officium, eadem poteſtas tutorum et curatorum, imo obtruditur inuitis curator, iis quoque, qui bene rem ſuam adminiſtrant (*k*). Hinc pater illuſtris, cui ius competit tutores teſtamento nominandi, recte quoque conſtituit curatores, cum idem ius nec priuatis quidem denegetur (*l*). Et cum apud nos tutoris et curatoris munia haud differant, ſequitur, vt patri Germanorum iure haud ſit prohibitum, liberis tutores vltra pubertatis annos ſcribendi. Et huiusmodi tutores teſtamentarii vltra annos pubertatis dati, non magis indigent confirmatione, quam alii tutores ritė conſtituti.

§. XII.

Vnicum adhuc addo: an nempe tutela a tutore teſtamentario cedi queat legitimo? Et diſtinguendum cenſeo, an tutor munere tutorio ſe penitus abdicare velit, ita, vt in tutorem legitimum illud transferatur, an vero ſolum ſuo periculo tutorem legitimum ſibi adiutorem ſumere velit. Hoc caſu cesſio eſt permiſſa (*m*), minime autem illo, quia ſemel ſuſcepta tutela pro arbitrio deponi nequit. Facit huc reſponſum in cauſa illuſtri ab illuſtri facultate ICtorum Hallenſium datum; quod hic legere forſan non erit ingratum (*n*): *Siebendens wird gefragt, ob die* teſtamentarii tutores *Her-*

(*i*) §. 1. et 2. Inſt. *de curatoribus.*

(*k*) de LVDEWIG differ. *iuris Rom. et Germ. in tutelis* differ. 2. n. qq. III. MOSER *StaatsR.* Lib. III. cap. 87. §. 3. p. 137.

(*l*) B. SCHAVMBVRGII: *iuris digeſtorum compendium.* tit. de *teſtamentaria tutela* §. 6.

(*m*) L. 13. §. 1. *de tutelis* L. 24. pr. de *adminiſtratione et periculo tutorum.*

(*n*) *Conſilia Hallenſia* Tomo II. lib. II. n. XX. qu. 7. et 8.

Herzog J. E. Se. Hochfürſtl. Durchl. zu G. und Se. Hochfürſtl. Durchl. zu A. Z. befugt geweſen, ihr ius tutelae teſtamentariae *an Herrn Herzog W. E. zu cediren?*

Ob es nun wohl ſcheinen möchte, daſs gleichwohl an ſich jedermann frey gelaſſen ſey, ſein Recht ſuo periculo *an den andern zu übertragen: Dieweil aber* in tutelis et curatelis *nicht auf das Recht oder die Gelegenheit des Vormunds, ſondern einig und allein auf den Nutzen des* pupilli *zu ſehen iſt: nachgebends eben deswegen ſogar auch die* ceſſitia tutela matris *von denen Römern aufgehoben worden, auch heut zu Tage* matri pupilli *nicht erlaubet iſt, an einen andern* tutelam maternam *zu übertragen,*

VAR. I. C. IO.

PAVL. MONTAN. de tut. c. 7. n. 48.

über dieſes niemand leugnen wird, daſs in tutela teſtamentaria, vbi tutor legitimus, praeteritus eſt, perſonae induſtria *reſpiciret und auserſehen worden ſey, da denn dem* electo *nicht erlaubt iſt, einen andern an ſeine Stelle zu ſubſtituiren; wie denn ferner auch deswegen die Rechte nicht zulaſſen,* vt tranſeat ad heredes vlla tutela, multo minus teſtamentaria.

L. 16. ff. de tut.

Endlich noch, wenn auch ſchon die ceſſio tutelae *an ſich erlaubet wäre, ſich bieſelbſt beſondere Umſtände finden, welche die* ceſſion *an Herrn Herzog W. E. Hochfürſtl. Durchl. bedenckl. machen, angeſehen der vielen Misverſtändniſſe* cum fratre, cum pupillo, cum fratre pupilli, *um derentwillen auch den gemeinen Rechten nach die* tutela *an ihn nicht übertragen werden mögen, als in der erſten Frage weitläuftiger ausgeführet worden, wie denn auch dieſes* grauamen contra hanc ceſſionem *dadurch ungleich gröſſer wird, weil ſelbige an den* tutorem legitimum *geſchehen, welchen doch eben dieſer Reichskündigen Miſs-*

 bellig-

helligkeiten wegen, *der* teſtator a tutela filiorum *ausgeſchloſſen wiſſen wollen;*

Als halten wir dafür, *daſs von denen Herrn* tutoribus teſtamentariis *die ihnen anvertraute* tutela *an Herrn Herzog W. E. Hochfürſtl. Durchl. mit Beſtande Rechtens nicht cediret werden mögen.*

Achtens wird gefraget:

Ob nicht beyde Herren tutores teſtamentarii *denen Rechten nach verbunden*, *die* tutelam *wieder an ſich zu nehmen und zu behalten?*

Ob es nun wohl ſcheinen möchte, quod ille, qui alteri mandat tutelam, ipſe eam gerere videatur, *und genug wäre, daſs, dafern dem* pupillo *ein Nachtheil zugefügt würde*, tutores mandantes *oder* committentes *dafür ſtehen müſten*, *nachgehends auch Herr Herzog W. E. nunmehro*, *da einmahl die* tutel *an ihm übertragen worden, ſelbige ſich nicht wieder aufkündigen oder nehmen laſſen würde:*

Dieweil aber denen teſtamentariis tutoribus, *da ſie ſich einmahl der* tutel *unterzogen*, voluntas teſtatoris inſtar legis *ſeyn ſolte*, *wider welchen ſie die* tutelam *weder von ſich geben, noch ſolche in des andern Händen laſſen können.*

MONT. de tut. c. 32. reg. I. n. 8.

Nachgehends da dieſe kein ius cedendi *gehabt*, *ſich auch der* ceſſionarius *keines* iuris retinendi tutelam *anzumaſſen*, *oder* ex ceſſionis nullitate *ſich ein Recht machen kan*, quod cum illi, cedere non potuerunt, neque hic potuit acceptando acquirere, *über dieſes, nachdem die* tutores cedentes *die übele* Suiten *dieſer* ceſſion *nunmehro inne worden*, *welche in der erſten Frage angeführet ſind*, *ſie ſolche* cauſam, ob quam finitur tutela, *gleichfalls bieſelbſt gebrauchen*, *und die* tutelam *wieder an ſich nehmen können*, *vornemlich*, *da ſie ſich ohnedem in allem*

was

was vorgebet, künftig reſponſabel *machen: Ferner da die* teſtamentarii tutores *die* tutelam *anfangs an Herrn Herzog W. E. Hochfürſtl. Durchl.* tanquam proximum agnatum *übertragen, und nunmehro des unmündigen Printzen leibl. Herr Bruder* in ſtatu maiorennitatis *ſich befindet, die* tutela patrui *ohnedem aufhören, und ſelbige* maiorenni fratri *überlaſſen werden ſolte.*

L. Si tutor §. ſi duob. de tut. et rat. diſtrah.

Endlich die Gefahr, in welche dadurch ſtatus principis pupilli *geſetzet werden kan, ſich gar anders als bey einem* priuato *verhält, da allen, was* tempore minorennitatis *wider die Billigkeit eingeriſſen, leichtlich wieder abzuhelffen iſt, dahingegen dasjenige, was unter regierenden Fürſten und Landes-Herrn einmahl in die Gewohnheit getreten, ſich nachhero nicht ſo leicht wieder ändern und in vorige Schrancken ſetzen läſſet?*

Als halten wir dafür, das beyde teſtamentarii tutores *befugt und verbunden ſind, die an Herrn Herzog W. E. Hochfürſtl. Durchl.* cedirte tutelam *wieder an ſich zu nehmen.*

§. XIII.

Ad tutelam tranſimus legitimam. Quae licet apud Romanos deficientibus demum tutoribus teſtamentariis locum inuenit, alia tamen principia ab antiquisſimis tradita temporibus adhuc hodie quoad publicam ſeruat tutelam illuſtrium iurisprudentia. Inter illuſtres enim, prout ſupra iam a nobis eſt demonſtratum (*o*), libera patris de tutela publica diſpoſitio aliter non admittitur, quam ſi agnati vel plane non adſunt, aut ad ſubeundam tutelam inhabiles ſunt, aut ex proximi agnati conſenſu extraneus ſcribitur tutor, aut ex obſeruantia ſeu pacto familiae praeteriri queunt agnati. Deinde tutela legitima iis ſolum defertur, qui ius

(*o*) P. V. cap. VII. §. 37.

ius ſuccedendi habent. Iam vero iure Romano nouisſimo agnati nonſolum ſed quoque cognati ad ſucceſsionem admittuntur et inde quoque a tutela legitima cognati non excluduntur, ſed eo ordine, quo ſucceſsio iis competit, ad tutelam vocantur omnes (*p*). Simili modo inter illuſtres illi ſolum tutelam ſibi vindicant legitimam, qui ius ſuccedendi habent in prouincias pupillo ſubiectas. Aſt paucae in Germania ſunt terrae, in quibus cognatorum ſucceſsio locum inuenit, et inde raro cognati ad tutelam vocantur publicam. Hinc circa quaeſtionem, quatenus cognati ad tutelam admittantur publicam? diſtinguendum eſt, an ſucceſsio cognatica in prouincia locum habeat, an non, priori caſu cognati recte ad tutelam adſpirant, poſteriori vero arcentur. Porro euenit haud raro, quod agnatus proximior ob minorennitatem ad tutelam ſuſcipiendam ſit inhabilis, quo caſu ad agnatum remotiorem tutelae munus interim tranſit, qui tamen poſtquam proximior ad iuſtam peruenit aetatem, tutor eſſe deſinit, eiusque munus proximiori hactenus minorenni cedit agnato. Clare hoc teſtatur NERATIVS (*q*): *Si duobus impuberibus fratribus tutor datus ſit et alter eorum in legitimam tutelam fratris ſui perfectae aetatis conſtituti recidit, eum, qui datus eſſet, tutorem eſſe deſiiſſe Neratius ait.* Vſum huius legis in illuſtrium iurisprudentia confirmant exempla. Iohannes Philippus Altenburgicus Dux poſtquam ad maiorennitatem perueniſſet, fratris adhuc minorennis Friderici Wilhelmi II. ſuſcepit tutelam (*r*). Iohannes Erneſtus iun. Dux Saxo Vinar. vnacum fratribus tutorem habuit Iohannem Georgium I. Saxoniae Electorem. Poſtquam vero maiorennitatem eſt conſequutus, deſiit tutela ab Electore hactenus geſta, et Iohannes Erneſtus fratrum mi-

(*p*) Nouella 118. capite IV. et V.

(*q*) L. 9. §. 1. D. de *tutelae et rationibus diſtrahendis*.

(*r*) LONDORP *Acta publ.* T. XVI. p. 109.

minorennium factus eſt tutor (*s*). Inde in teſtamento Io. Georgii I. Iſenacenſis ducis (*t*): *Solte nun der alsdenn regierende Herr indeſs die Mündigkeit erlangen, ſo wollen wir denſelben, nach ſolcher ſeiner Majorennität, die Mitvormundſchafft, benebſt unſerer freundlich herzliebſten Gemahlin Liebden über unſere andre Fürſtl. Kinder allein anbefehlen, und ſodann unſers freundl. geliebten Herrn Vetters Lbd. hiemit enthoben haben.* Conſentiunt nobiscum de LVDEWIG (*u*), WESENBECIVS (*x*), B. SCHAVMBVRG (*y*), aliique. Contraria ſententia placuit ILL. MOSERO (z), cuius tamen rationes ſunt admodum lubricae, ſicuti et ſibi ipſi contradicit (*a*).

§. XIV.

(*s*) Clare hoc docet *der merckwürdige Bericht derer Churfürſtl. Deputirten* apud LVDEWIG *diſſ. de aetate puberum et Maiorum* p. m. 170. ibi: *Daß Se. Churfürſtl. Gnaden nunmehro der bisher getragenen ſchweren Laſt ſich zu entledigen, und Ew. Fürſtl. Gnaden nicht allein die Vormundſchafft derſelben unmündigen Herrn Brüder aufzutragen und zu übergeben, ſondern auch die Adminiſtration des Weimariſchen Fürſtenthums zugleich mit anzuvertrauen freundlich geruhen wollen - - - - ſo haben Se. Churfürſtl. Gnaden zu obbeniehmter Uebergebung und reſignation dieſen Tag benennet und unſern Perſonen ſämtlich ſolches an Sr. Churfürſtl. Gnaden ſtatt, im Nahmen der Heil. Dreyfaltigkeit die Vormundſchafft Ew. Fürſtl. Gnaden unmündigen Herrn Bruder, ſowohl die bisher geführte Weimariſche adminiſtration und Landes-Regierung Ew. Fürſtl. Gnaden - - hiermit übergeben, überreicht - - haben.*

(*t*) Supra Parte V. Cap. V. §. 44.

(*u*) *in commentario ad A. B. Tit.* 7. §. 4. nota i. p. 733.

(*x*) *in paratitl. pandectarum titulo de tutelis ibique* BRVNNEMANNVS *quaeſt. 32.*

(*y*) *Compendio iuris Digeſtorum tit. de tutelis* §. *penult.*

(z) *StaatsR.* T. XVIII. p. 260.

(*a*) vide eiusd. *StaatsR.* P. XVIII. cap. 90. §. 21.

§. XIV.

Tutela legitima iis defertur, quibus ius competit ſuccedendi. Iam vero in prouincias Germanicas non agnati ſolum, ſed quoque fratres pactitii, ſimultanee inueſtiti, et expectatiuarii ſuccedunt. Ergo quoque ſimultanee inueſtiti, fratres pactitii et expectatiuarii ad tutelam admittuntur legitimam (*b*). Tandem iure communi eſt conſtitutum (*c*): *Quum autem ad agnatos tutela pertineat: non ſimul ad omnes pertinet, ſed ad eos tantum, qui proximiores gradu ſunt, vel ſi plures eiusdem gradus ſunt, ad omnes pertinet, veluti ſi plures fratres ſunt, qui vnum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur.* Idem in illuſtrium obtinet tutelis. Aſt hic Saxoniae Duces a iure recedunt communi. Saxonicis enim iuribus viuunt ſereniſſimi Saxoniae Duces. Haec autem volunt (*d*): *Wo die Söhne binnen ihren Jahren ſeyn, ihr AELTESTER ebenbürtiger SchwerdMag, nimmt das Heergewett alles zu ſich, und iſt der Kinder Vormund daran, bis ſie zu ihren Jahren kommen.* De vſu huius textus in deductione Vinarienſi apud LONDORP (*e*) ſequentia loquuntur verba: *Daſs der* Ordinarius Doctor *Richter zu der Zeit, da dieſe Diſputation des von Pübels in den Druck gebracht worden, nehmlich 1669. wohl gewuſt, daſs, als Herr Herzog Adolph Wilhelm zu Sachſen Eiſenach des Jahres vorher verſtorben, hierauf über deſſen* poſthumum, *Prinz Wilhelm Auguſten, der älteſte Agnatus und* ſenior, *Herr Herzog Johann Ernſt zu Sachſen Weimar mit Ausſchlieſſung ſeiner allerſeits mündigen mit Land und Leuten verſehenen Fürſtl. Herrn Gebrüdere, Herrn Herzog Johann Georgens zu Marckſul, und Herrn Herzog Bernhards zu Sachſen Jena, die* legitimam tutelam *allein ge-*

(*b*) STRYCK *de tutela materna* Cap. I. §. 22. Adde quoque ſupra Partem V. Cap. VII. §. 34.

(*c*) §. 7. Inſtit. *de capitis deminutione* conſentit Novella CXVIII.

(*d*) *Land-Recht* libro I. art. XXIII.

(*e*) Tom. XVI. p. 109.

gehabt. Et porro: Herrn Herzog Friedrichs zu Sächſen Gotha Durchl haben die tutelam legitimam der beyden jüngſten Herrn Gebrüder allein gehabt. Et paullo poſt: denn es hat nicht allein Churfürſt Johann Friedrich, unerachtet deſſen Bruder, Herzog Johann Ernſt, neben ihm in Leben geweſen, die tutelam legitimam über Herzog Moritzen und Herzog Auguſtum, Herzog Henrichs Söhne, beede nachmahlige Churfürſten, allein gehabt: ſondern es iſt auch Churfürſt Auguſtus über Herzog Johann Wilhelms, ſo in Anno 1573. verſtorben, hinterlaſſene Söhne, Herzog Friedrich Wilhelmen und Herzog Johannſen, wie auch, über Herzog Johann Friedrichs des andern, unmündige Söhne, Herzog Johann Caſimirn, nachgehends zu Coburg, und Herzog Johann Ernſten, zu Eiſenach, als älteſter agnat, alleiniger tutor legitimus geweſen. Ingleichen hat Herzog Friedrich Wilhelm, deſſen jetzt gedacht worden, hernach auf Ableben Churfürſtens Chriſtiani I. in ao. 1591. die Adminiſtration der Chur, wegen des Chur-Printzens Chriſtiani II. und nicht weniger die Vormundſchaft, auch über die andern Printzen, Herzog Johann Georgen den I. und Herzog Auguſtum, als nechſter und älteſter Agnat, allein getragen: unerachtet deſſen Herr Bruder, und alſo ein Agnatus paris gradus, Herzog Johann, ſo zu Weimar reſidiret, noch im Leben geweſen. Iſt unläugbar, und aus vielen ausgegangenen Verordnungen am Tage, daſs Churfürſt Chriſtianus II. ſeines unmündigen Bruders, Herzog Auguſti tutelam legitimam, ohnangeſehen daſs der mittlere Bruder, Herzog Johann George der I. ſo nachgehends zur Chur gelanget, Ao. 1606. ſeine mündige Jahre erreichet, bis ins Jahr 1610. da jener maiorennis worden, geführet. Iſt Herzog Johannes zu Weimar, welcher, wie gedacht, anfänglich in tutela legitima Churfürſtens Auguſti geſtanden, nach deſſen Ableben, in die Vormundſchafft ſeines ältern Herrn Bruders, Herzog Friedrich Wilhelms, der Chur Adminiſtratoris gelanget. haben eben höchſtgedachten Herzogen Johannſen zu Weimar, bey deſſen Todes-Fall, (der ſich ao. 1605. begeben) noch allerſeits un-

mündige Acht Herren Söhne, ſich unter der legitima tutela *Churfürſtens Chriſtiani II. bis zur Mündigkeit des älteſten, Herzog Johann Ernſten zu Weimar, und alſo bis* ad annum 1615. *befunden: da dann dieſer älteſte Herr die Regierung vor ſich, und in Vormundſchafft deſſen jüngern Herren Gebrüdere allein angetreten, auch die Vormundſchafft, unerachtet inzwiſchen Herzog Friedrich, Herzog Wilhelm, Herzog Albrecht, und Herzog Ernſt, nach und nach mündig worden, dennoch bis an ſein ao. 1626. erfolgtes Ende, allein getragen. Iſt nicht weniger bekant, daſs Herzog Johann Philipps, obgleich deſſen zwey mittlere Brüdere, Herzog Friedrich, und Herzog Johann Wilhelm, zu Sachſen Altenburg, ihre Mündigkeit ſchon erreicht gehabt, dennoch ſeines jüngſten Bruders, Herzog Friedrich Wilhems des II.* tutel *bis derſelbe mündig worden, allein getragen.* Circa tutelam Ioannis Guilielmi principis Ienenſis diſputabatur de hac quaeſtione inter Vinarienſem et Iſenacenſem duces. Iſenacenſes ad ius commune prouocabant, Vinarienſes iure ſenioratus excluſis Iſenacenſibus ſibi tutelam vindicabant. Lis tandem per transactionem eſt finita: *daſs die Vormundſchafft jedesmal, wann kein* tutor teſtamentarius *vorhanden, von dem älteſten derer* in pari gradu *ſtehenden agnaten allein übernommen und geführet werden ſoll* (*f*).

§. XV.

Ad tutelam legitimam ſpectat quoque materna. Haec antiquitus iamdum erat cognita. Aeneae filius erat Aſcanius, eiusdemque tutrix mater Lauinia, de quo LIVIVS (*g*): *Nondum maturus imperio Aſcanius, Aeneae filius, tamen id imperium ei ad puberem aetatem incolume manſit, tantiſper tutela muliebri. Tanta indoles in Lavinia erat, res Latina et regnum avitum paternumque puero ſtetit.* Hinc etiam Solon cauit: *ne tutor*

(*f*) Vide ſupra P. V. Cap. V. §. 46.
(*g*) *Hiſtoriarum* lib. I. cap. 3.

tor fieret is, ad quem pupillorum facultates poſt illorum obitum eſſent peruenturae, potius matri et cognatis, quam agnatis et ſucceſſoribus in hereditate deferatur (*h*). In libera Romanorum republica materna liberorum tutela ens erat incognitum et inauditum, ita vt mater ne quidem teſtamentaria ſcribi potuerit tutrix (*i*). Eſt enim tutela munus publicum, virile et ciuile, ad quod ſubeundum mulieres et ſic quoque matres erant inhabiles (*k*). Recentiori vero aetate ex imperatorum indulgentia feminae interdum ad tutelam admittebantur, vsque dum imperatores Valentinianus, Theodoſius et Arcadius matrem et auiam a tutela haud excludendam cenſerent (*l*), quorum deinde conſtitutionem latius extendit et matrem auiamque propter amorem in liberos ſingularem omnibus a latere coniunctis praetulit Iuſtinianus (*m*). Maiores noſtri matrem a tutela, quatenus in pupilli educatione et inſpectione conſiſtit, non excluſerunt, licet plerumque quoad bonorum adminiſtrationem praecipuae fuerint partes agnati proximi (*n*). Hinc minus recte HORNIVS (*o*) originem tutelae maternae ex iure ciuili repetit, dum diu ante receptum ius Romanum illa fuerit in vſu. Sic Henrici IV. imp. tutrix fuit Agnes ipſius mater, quae etiam imperium adminiſtraſſe a probatis dicitur au-

(*h*) LAERTIVS *Vita Solonis* et SCHILTER *exercitat. ad* D. XXXVII. §. 42.

(*i*) L. 26. D. *de teſtament. tut.*

(*k*) L. 16. D. *de tutelis.*

(*l*) L. 2. C. *quando mulier tutelae officio.*

(*m*) Nov. CXVIII. cap. V. et Auth. *matri et auiae C. quando mulier tutelae officio.*

(*n*) Vide ſupra P. V. cap. VI. §. 4.

(*o*) *iuriſpr. publica* Cap. XII. §. 12.

ctoribus (*p*). Otto III. imp. ſub tutela vixit materna, licet regni adminiſtrationem Moguntinus habuerit (*q*).

§. XVI.

Quatenus vero inter illuſtres tutela materna locum habeat, aliquoties iam diſceptatum eſt, et variae ICtorum ſuper hac quaeſtione ſunt opiniones. Alii matrem indiſtincte ad tutelam, tam quoad educationem, quam quoad prouinciarum adminiſtrationem, admittendam ſtatuunt, prout hanc ſententiam tuetur STRYCKIVS (*r*), verbis: *Matri etiam tutelam in feudis imperii regulariter competere, ſine vllo dubio aſſerendum cenſeo, cum nec ius ciuile nec ius feudale nec vlla conſtitutio aut receſſus imperii illam repellat. Quare neceſſe non eſt, vt ad defendendam tutelam maternam illuſtrium recurſum inſtituamus ad familiarum obſeruantiam.* Eandem ſententiam habet LANGGVT. (*s*), a GVNDERRODE (*t*) aliique plures infra nominati (*u*). Alii matrem quidem illuſtrem a tutela publica itidem ac priuata non excludunt, aſt varias habent limitationes. Sic Dnus de BERGER (*x*), poſtquam matrem ad tutelam admittendam eſſe declarauit, et Coccei ſententiam impugnauit, addit tandem: *Attamen opinio noſtra ſic temperari debet. 1) Mater et auia tantum praeferuntur collateralibus agnatis et minus adſcendentibus* v. c. *auo materno.* Vide Nov.

(*p*) ALBERTVS STADENSIS et LAMBERTVS SCHAFFNABVRG ad A. 1056.

(*q*) DITMARVS lib. III.

(*r*) *Diſſ. de tutela materna* Cap. II. §. 20.

(*s*) *in notis ad Coccei iurispubl. prud.* Cap. 29. §. 8.

(*t*) *StaatsR.* p. 1557.

(*u*) PFEFFINGER *Vitriario illuſtrato* Tomo IV. lib. III. tit. 20. §. 17. von ICKSTAD *in der Wurtenbergiſchen Grund-Veſte* Cap. II. §. 12. KEMMERICH *introduct. ad ius publ.* Lib. VIII. cap. VI. §. 15. Dnus MOSER T. XVIII. c. 90. p. 235.

(*x*) *ad Coccei iurispublici prudentiam* Cap. 29. §. 8. p. 413.

Nov. 118. C. 5. ibi omnibus a latere cognatis, *quoad tutelam praeponuntur, 2) adjungendi ſunt conſiliarii certi, Vormundſchaffts-Räthe, imo ſi praeſertim ardui quid expediendum ſit, conſilium agnatorum non debet negligi, quorum aliqua parte intereſt.* Sic quoque de LVDOLFF (*y*) affirmat, matrem illuſtrem eſſe tutricem liberorum legitimam, idque quoad educationem et adminiſtrationem, ſuam tamen ſententiam mox limitat, *niſi aliud lege, pactis, moribus inueniatur immutatum.* Tandem alii diſtinguunt inter tutelam publicam et priuatam. Hanc matri deferri poſſe ſtatuunt, non illam, niſi pactum aut obſeruantia contrarium iubeat. Tuentur hanc ſententiam HENR. COCCEII (z), GRIEBNER (*a*), CARPZOV (*b*), HEIGIVS (*c*), de LVDEWIG (*d*).

§. XVII.

Nobis praecipue diſtinguendum videtur inter ſupremi iuris imperantes et Germaniae proceres. De illis P. AERODIVS (*e*): *De tutela feminea vetus eſt querela, an mater debeat praeferri, an vxor, an proximi agnati? quae quia nunquam niſi vi et tumultu finita eſt, cur eam iure et legibus definirem. Certe et Aſcanius filius Aeneae vsque ad puberem aetatem in tutela muliebri fuit, inquit Liuius. Macedones contra muliebre imperium non ferebant. Itaque haec quaeſtio eſt temporum et locorum.* Minime tamen inter imperia ſupremi iuris talia de-

(*y*) *iure feminarum illuſtrium* P. I. §. 205.
(*z*) *in diſſertat. de tutelis illuſtrium* Sect. III. §. 12.
(*a*) GRIBNER in *diſcurſu ad principia iuriſpr. priuatae illuſtr.* p. 150-154.
(*b*) Lib. V. *reſponſ.* 60.
(*c*) lib. II. qu. 11. n. 40. ſqq.
(*d*) Apud MOSER *Staats-R.* T. XVIII. c. 90. p. 224.
(*e*) *rerum iudicatarum* lib. IV. tit. 19. c. 1.

deſunt, in quibus materna locum inueuit tutela. Plura hanc ſententiam confirmant exempla, a STRYCKIO (*f*) collecta, quae eius verbis his addere placet. In Hiſpania, *Catharina* IOHANNIS Lancaſtriae Ducis filia, HENRICI III. Regis Caſtiliae vxor, poſt obitum mariti Regis filii minorennis tutelam, vnacum defuncti fratre FERDINANDO, poſtea Rege Arragoniae, geſſit et ſola pupillum educauit: Imo hoc ipſo ſeculo poſt exceſſum PHILIPPI IV. Regis Hiſpaniarum, vidua eius relicta MARIA ANNA, imperatoris FERDINANDI III. filia regimen tutelamque Regis Caroli II. tunc temporis vix quatuor annorum infantis, ſuſcepit, et illi haud infeliciter vsque ad eius maiorennitatem, praefuit. Nec in PORTVGALLIA mater a tutela Regis minorennis arcetur: ſic enim EDVARDVS ALFONSO V. filio ſuo impuberi, matrem ELEONORAM, FERDINANDI Regis Caſtiliae filiam, teſtamento tutricem dedit. Pariter maiori felicitate ſubditi regni huius hoc ſeculo, excuſſo Caſtilianorum iugo, fruebantur ſub imperio LOVYSAE GVTZMANNIAE, IOHANNIS EMANVELIS PERETZII, Ducis Medinae Sidoniae filiae, Iohannis IV. Regis Portugalliae vxoris, tutricis filii, quam deinceps ſub ipſius Regis minorennis ALFONSI regimine. ANGLIAM quod attinet, minus dubitandum, matres ad tutelam admiſſas fuiſſe, cum et foeminae ipſae, in hoc regno, deficientibus maſculis, ad ſucceſsionem vocentur: inſuper teſtimonio eſſe poteſt ISABELLA, PHILIPPI pulchri Regis Galliae filia, EDVARDI II. vxor, quae regni negotia durante minorennitate filii EDVARDI III. expediuit. SCOTIAE quoque Leges matri tutelam non auferunt. Mortuo enim IACOBO II. in expeditione aduerſus Anglos, vxor

(*f*) *Diſſ. de tutela materna* Cap. II. §. 5.

vxor eius MARIA EGMONDANA, ARNOLDI Ducis Geldriae filia, IACOBI III. filii, tunc temporis pueri 8. annorum, tutrix extitit, et IACOBVS V. morte patris ſecuta, ſub tutela matris MARGARETAE, Henrici VIII. Regis Angliae filiae, educatus fuit. An vero idem in Regno GALLIAE obtineat, difficilior videtur quaeſtio. Cum enim in illo regno ſucceſſio nunquam ad foeminas deueniat, ſed per Legem Salicam, regnum ad ſolos mares hereditario iure deferatur, ita, vt prouerbium illud gallicum exinde originem ſuam ducat: Le Royaume de France ne tompe point en quenouille, non immerito quis dubitare poſſet, an foeminae ad hoc munus illic ſint admittendae? His tamen non obſtantibus, ius tutelae in filium impuberem REGINAE matri ibidem conceditur: Sic enim Ludouicus VIII. teſtamento, filio ſuo LVDOVICO IX. poſtea cognominato ſancto, vxorem BLANCAM, ALPHONSI VIII. Regis Caſtiliae filiam, tutricem dedit, et adminiſtratricem regni conſtituit. VARILLAS hiſtoire de la minorité de St. Louis p. 17. la Relatione di Francia nelle Opere di FILIPPO ONORIO p. 181. et CATHARINA MEDICAEA tempore minorennitatis filii CAROLI IX. in tutela non fuit praeterita. vid. VARILLAS dans l'hiſtoire de Charles IX. Hoc quoque ſeculo exemplum MARIAE MEDICAEAE, Ludouici XIII. matris et ANNAE MARIAE Hiſpanicae, LVDOVICI XIV. hodierni Regis Galliae matris, et cum minorennis eſſet tutricis, ſatis probat, legem iſtam quae matres ad tutelam admittit, illic non inter Conſtitutiones abrogatas referri. Idem quoque in DANIA vſu venit. Ibi Margaretha Regina Daniae, HACQVINI Regis Norwegiae vidua, tutelam filii OLAI VI. ſubiit, illamque laudabiliter finiuit; idemque regnum cum ERICVS VII. admodum puer

puer eſſet, conſiliis AGNETIS Brandenburgicae et Procerum egregie adminiſtratum, referente ex IO. CLVVERO in Epitom. Hiſtor. totius mundi fol. 589. WIBEL. de Contractibus mulierum p. 86. Nec SVECIA alio iure vtitur, quippe huius rei recentisſimum exemplum extat, in CAROLO GVSTAVO Rege, qui educationem cum tutela filii, CAROLO Reginae coniugi moriturus commendauit, illaque ad mandatum Regis defuncti poſtea munus hoc vsque ad maiorennitatem Regis filii feliciter adminiſtrauit. Contutoribus tamen ipſi datis Proceribus regni primariis, quorum nomina apparebunt c. 4. §. 7. Nec ſilentio omittendum eſt, RIXAM, EHRENFRIDI comitis palatini ad Rhenum filiam, poſt obitum mariti MIECISLAI II. Regis Poloniae filium CASIMIRVM I. adhuc minorennem ſub tutela habuiſſe; Dn. PVFEND. *introd. Hiſtor.* p. 664.

§. XVIII.

Ad illuſtres Germaniae progredimur familias. Et hic rurſus inter tutelam priuatam et publicam ſeu adminiſtrationem erit diſtinguendum. Tutela priuata matri non ſolum patris teſtamento poteſt deferri, ſed illi quoque ab inteſtato tanquam legitimae competit tutrici. Et iure quidem Romano legitima matrum tutela erat ſolum ſubſidiaria et deficiente demum teſtamentaria locum inueniebat, alia tamen apud nos matrum eſt conditio. Hae enim patris participant poteſtatem, (§. XV.) qua eas deſtituere nequit patris voluntas, ſiue directo alium nominet tutorem, ſiue matrem gerere prohibeat (*g*). Hinc licet plures illuſtrium familiae, quoad territorii regimen matres reſpuant tutrices, ex illis tamen nulla matrem a tutela arcet priuata. Exemplo ſint Serenisſimae Saxonicae, Wurtebergicae et Me-

(*g*) B. de LVDEWIG differ. I. R. et G. in tutelis maternis differ. XI. nota gg.

Megapolitanae ducum familiae, quae matrem a priuata non excludunt tutela, licet alias adminiſtrationem terrarum maternam non agnoſcant. Imo in electoratibus, qui tamen maternam non ferunt tutelam, mater liberorum educationem et priuati patrimonii curam ſuſcipere liberrimam habet facultatem (*b*). Sic in Saxonia poſt Chriſtiani I. Electoris mortem mater tutelam geſſit priuatam, proximo agnato, Friderico nempe Altenburgico, publicam ſuſtinente (*i*). Aliud exemplum ex Bauarica domo vide ſupra (*k*).

§. XIX.

Minime vero mater, quae ad priuatam admittitur tutelam, ad publicam ſtatim poteſt adſpirare. Illa potius a regiminis adminiſtratione regulariter eſt excluſa. Antiquisſimis enim temporibus ea bonorum feudalium aeque ac allodialium fuit ratio, vt propter dominii communionem, in qua familiarum erant bona, ad eorum adminiſtrationem extraneum haud admitterent, et, inde quoque matrem, non quidem ab educatione, aſt ab adminiſtratione bonorum feudalium ac allodialium excluderent (*l*). Poſtea priuatorum quidem iura magnam ex iurium receptione peregrinorum paſſa ſunt immutationem, illuſtres vero antiquas a maioribus traditas retinuere conſuetudines ratione tutelae maternae. Rem omnem vberius illuſtrant verba B. de LVDEWIG (*m*).

II. Wird demnach gefraget,
Ob in lebenbaren Fürſtenthümern die mütterliche Vormundſchafft vor Rechtsgegründet zu achten,

(*b*) MOSER T. XVIII. Cap. 90. §. 4.
(*i*) Supra P. V. Cap. V. §. 27.
(*k*) Vide ſupra P. V. Cap. V. §. 15.
(*l*) ſupra P. V. Cap. VII. §. 40.
(*m*) *Hälliſche Anzeigen* P. II. n. 128.

Schein - Gründe,

III. Ob es nun wohl ſcheinen möchte, daſs an denen mütterlichen Vormundſchafften um ſo viel weniger zu zweifeln, weil ja auch I) die Römiſche Rechte, ſolche nicht allein zulieſſen,

l. 3. C. quando mulier tutelae officio fungi poteſt? Nou. 118. c. 5. Nou. 94. c. 2.

ſondern auch II) wohl dieſes denen Müttern erlaubten, ihren Kindern ſelbſten andere Vormünder zu benennen,

l. 4. C. de teſtam. tut.
l. 4. D. de teſt. tut.

nachgehends III) denen teutſchen Rechten nach, ſolches deswegen deſto ſicherer und gewiſſer wäre, weil nach denſelben, die Kinder ſowohl unter der Mutter ihrer Gewalt ſtünden, als unter des Vaters, wie dieſes die

Leges WESTGOTH. lib. IV. tit. 2. §. 13.

beſagten; patre mortuo, filii in matris poteſtate ſubſiſtant et mater eorum tutelam ſuſcipiat. *Welche Weiſe der alten Teutſchen*
minime vero plane nullus. Varia potius tutorum a tribunalibus imperii ſupremis datorum exiſtunt exempla. Sic in sereniſſima domo Saxonica tutela locum habuit datiua, cum Maximilianus II. imp. filiis Ioh. Friderici II. ducis Saxoniae, patre eorum ob Grumbachianos tumultus in cuſtodia imperatoris exiſtente, dedit tutores (*i*). Carolus VI. imp. per concluſum iudicii aulici d. 16. Iunii 1723. filiabus Ioachimi Erneſti Ducis Ploenenſis defuncti ex officio tutorem conſtituit Ducem Brunſuico-Guelpherbytanum (*k*). Idem imper. Ioſepho et Ferdinando comitibus Hohenloicis conſtituit ex officio curatores principem in Loewenſtein-Wertheim et comitem in Hohenlohe-Ingelfingen (*l*). Leopoldus imp. Anno 1690. Guſtauo comiti Saynenſi tutorem dedit, prout teſtatur tutorium ſequentis tenoris (*m*): *Wir Leopold, von Gottes Gnaden, erwehlter Römiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs in Germanien etc. Bekennen und thun kund jedermänniglichen mit dieſem unſerm offenen Kayſerlichem Brief bezeugend, als an unſerm Kayſerlichen Cammer-Gericht deſſelben Aduocat und Procurator, der Ehrſame, gelehrte, unſer und des Reichs lieber Getreuer, Georg Friedrich Mûeg, der Rechten Doctor, im Nahmen Weyland Friedrich Wilhelms, Grafen zu Sayn-Witgen- und Hohenſtein, hinterlaſſenen minderjährigen Söhnen conſtituirter Curator der Hoch- und Wohlgebohrne, unſer und des Reichs lieben und Getreuen und andärbrigen* Charlotta Louyſa, *verwittibten Gräfin zu Sayn-Witgen- und Hohenſtein, gebohrner Gräfin zu Leiningen, ſo dann Johann Ernſten, Grafen zu Naſſau-Weilburg, und*

(*i*) Vide ſupra P. V. Cap. V. §. 35.

(*k*) B. STRVVII *corpus hiſtoriae German.* Per. X. Sect. XIII. §. 55.

(*l*) Vide Codicillos Auguſtales deſuper confectos apud MOSER *in der Europäiſchen Fama* P. VIII. p. 452.

(*m*) Extat apud LVNIG *ſpicilegio ſaecul.* p. 1160.

ortae in prima ſtatim inſtantia ad imperii tribunalia, ſeu potius ad Auſtraegas ſint deferendae? In controuerſia, quae ſuper tutela principis Ienenſis inter Wilhelmum Erneſtum Vinarienſem et Io. Georgium Iſenacenſem ducem eſt agitata, Vinarienſes ad Auſtraegas prouocabant (r). Iſenacenſes reſpondebant (s): *Dabero er dann die Auſtraegas vorſchützet, ſo ſeinen gnädigſten Principal aus denen Reichs-Satzungen zu ſtatten kommen ſollen, und das* beneficium primae inſtantiae *ſich daraus bedingen will. Auf was für ſchlechten Grund aber dieſer Einwurf ſtehet, iſt Jedermann bekannt,* ceſſant enim Auſtraegae in iis, quae magis imperii, quam iuriſdictionis ſunt; TENNAG. *de proceſſ.* claſſ. 2. c. 2. fine. Et inter haec omnes cameraliſtae tutoris dationem referunt, *inſonderheit ſagt* RVDINGERVS in ſuis *obſeruationibus iuris cameralis et Saxonici centur. I.* obſ. 50. §. 17. Auſtraegae ceſſant in cauſis tutelae et curae, quoad perſonas immediate imperio ſubiectas. *In welchen Reichs-Satzungen nun mag der Anwald geleſen haben, daſs die* Auſtraegae facultatem dandi tutores vel cognoſcendi, quis prae alio ad tutelam ſit admittendus, *haben ſollen?* Solius enim imperatoris eſt, ſtatibus dare tutores et in cauſis hiſce cognoſcere. Similis tenoris eſt Reſponſum Facultatis Iuridicae Francofurt. (t) verbis: *Ob zwar in denen* pactis familiae *begriffen, daſs die unter ihnen vorkommende Streitigkeiten auf eine gewiſſe von ihnen beliebte Weiſe, von denen darzu niedergeſetzten Richtern, ausgetragen werden ſolten; dergleichen* Auſtraegae conuentionales *bey denen* ſtatibus Imperii *gar genau zu obſeruiren.*

Weil aber dennoch in ſolchen pacto familiae *von der Vormundſchafft* in ſpecie *nichts beliebet, und ſonſten Rechtens,* quod ille

(r) Vide Acta apud LONDORP *Actis publ.* P. XVII. p. 91. et p. 99.
(s) Loco citato p. 92.
(t) STRYCK *Uſu moderno Pand.* lib. XXVI. tit. V. §. 4.

ille iudex, cuius eſt dare tutores, etiam facultatem cognoſcendi habeat, quis prae alio ad tutelam ſit admittendus, *hiernächſt unſtreitig*, quod Auſtregae ordinationis facultatem dandi tutores non habeant, ſed ſtatibus ab imperatore vel camera tutor detur, *und alſo* Auſtraegae conuentionales *nicht von gröſſerer Wirckung ſeyn können, als die* Auſtraegae ordinationis, quia illae horum locum ſubintrant.

So halten wir davor, daſs berührte controuerſia tutelaris *für die* Auſtregas *nicht, ſondern für Ihro Kayſerl. Maj. Reichs-Hoff-Rath oder Cammer-Gericht zu Speyer gehöre V. R. W.*

Sunt tamen, qui diſtinguunt inter tutoris dationem et conſtituti tutoris confirmationem. In confirmatione dicunt, praeponi, lege vel teſtamento tutorem iam eſſe conſtitutum. Huic ius quaeſitum imperatorem auferre non poſſe, ſed ei ſolum confirmandi gloriam eſſe relictam. Hinc quoties ſuper tutelae iure ex lege vel teſtamento competente controuerſia oriretur, hanc ante confirmationem ab ordinario decidendam eſſe iudice. Proinde cum inter cauſas ab Auſtraegali iurisdictione exemtas nulla ſit, quae cognitionem et deciſionem controuerſiarum tutelarium ab hac inſtantia vel expreſſe vel tacite excludat, regulae eſſe ſtandum, et huiusmodi cauſas tutelares ad Auſtraegas pertinere. Dici quoque haud poſſe, quod deciſio controuerſiarum tutelarium ſit actus imperii, dum delatio tutelae non ab imperatoris arbitrio pendeat, ſed ſecundum leges fieri debeat, et has, ſi dubiae ſint, ordinarium requirere iudicem. Nec obſtare ſtatuunt, quod confirmationes et cauſae feudales imperatori ſint reſeruatae, cum aliud ſit confirmare, aliud de cauſa cognoſcere eaque cognita ſententiam ferre. Cauſas feudales imperatori quidem eſſe reſeruatas, aſt eo ſolum caſu, quando vel totum feudum regale vel eius pars alicui abiudicari debet, *einen Theil gänzlich und endlich abgeſprochen*

gitimus excludatur ac magiſtratus tutorem pactitium confirmare teneatur? Si ex iuris Romani principiis rem aeſtumamus, ſunt, qui putant, pacta apud Romanos fuiſſe inter modos tutelam deferendi. Princeps in hac defendenda cauſa eſt IDL. LEYSERVS (*d*) qui, poſtquam pro ſua ſtabilienda ſententia varios adduxit Legum textus (*e*), tandem concludit: *Itaque non dubito, quin tutela pactitia Romanis fuerit cognita, et apud eos etiam vim obligandi habuerit. Sed quia rarior eius vſus fuit, quartam ex illa ſpeciem facere et peculiari capite de ea agere neglexerunt.* Aſt mihi hactenus perſuaderi non potuit, praeter triplex tutelam conſtituendi genus, Romanis inſuper quartum fuiſſe cognitum, quo tutela mediante pacto conſtituatur. Inſpicientes enim legum verba, quas in medium defenſores tutelae afferunt pactitiae, quasue et nos in margine notauimus, facillime obſeruamus, ne vnicum quidem textum affirmare, per pactum tutelam conſtitui ac deferri poſſe; ſed omnes id ſolum probant, quod is, qui patri promiſit, ſe ſuſcepturum eſſe tutelam, excuſationibus vti haud poſſit, et quod inter plures tutores ſuper adminiſtratione tutelae pacta valide celebrentur. Deinde inter omnes conſtat, pacta nuda et ſimplices promisſiones actiones non produxiſſe apud Romanos, ſed ſolum ad excipiendum profuiſſe (*f*). Quomodo igitur tutor pactitius, vt ad tutelam admitteretur, actione obtinere potuiſſet? Tandem et Inſtitutiones et Pandectae ac Codicis conſtitutiones vbique tres tutelam conſtituendi modos ſo-

(*d*) *Medit. Spec.* 328. m. 9.

(*e*) Textus, ad quos prouocant, ſunt L. 15. §. 1. de *excuſationibus* L. 29. de *teſtamentaria tutela* L. 55. pr. et §. 2. de *adminiſtr. tut.* L. 14. §. 1. *de ſoluta* §. 1. *Inſt. de ſatisdat. tutorum* L. 2. C. de *diuidenda tutela* L. 5. §. 2. *de magiſtratibus conueniendis* L. 1. §. 1. *de confirmando tutore.*

(*f*) L. 10. C. de *pactis* L. 27. C. de *locat. conduct.*

ſolum loquuntur, claro argumento, pacta huc referri non poſſe.

§. XLI.

Germanico vero iure tutelam per pacta omnino deferri poſſe, putarem. Primo enim maiores noſtri teſtamenta ignorarunt, et inde aliud iis medium non fuit, ſuis de tutore proſpiciendi, quam genus tutelae pactitium (*g*). Deinde ſemper Germanorum moribus nuda pacta et ſimplices promisſiones efficacem produxerunt obligationem actionemque, et ſic tutori quoque ex pacto tutelari ius ad tutelam ſibi vindicandam eſſe quaeſitum, dubitari non poteſt. Porro tutelam haereditatis habere rationem, ICti affirmant tantum non omnes. Sicuti vero haereditas ex Germanorum inſtitutis per pacta quoque defertur, ita quoque tutelam per pacta poſſe conſtitui, vix aliquid remanet dubii. Tandem quoque ab vtili ſe commendat pactitia tutela, propt hanc vtilitatem depingit de LVDEWIG (*h*). Nam in pactitiis tutelis opus non eſt, vt tutela alicui obtrudatur, quod iure fit Romano. Minus quidem conſulte, quoniam coacta ſtudia pro pupillo ſpeciem fere habent inanium. Saepius quoque fruſtrantur teſtatores ſpe ſua, ſiquidem nominatus tutor cauſam habeat a tutela ſe excuſandi, quod euenire non poteſt in tutela pactitia. Inſuper ſi viuus tutelae cauſa compellet aliquem teſtator; ſi annuerit rogationi, illum inſtruere poteſt conſiliis, quibus optime regere posſit tum familiam patre deſtitutam, tum relictas opes. Interim tamen Germanorum mores magiſtratus circa tutelam

(*g*) DE LVDEWIG *diff. iur. R. et G. in tutelis* diff. 4. n. 99. HEINECCIVS *Elem. iur. Germ.* Tom. I. §. 349. et 350. ILL. ENGAVIVS *Elem. iur. Germ.* Lib. I. §. 449.

(*h*) Loco mox citato nota zz.

tamen ratio eſt tutelae illuſtrium publicae. Haec enim non ſolum vſufructuaria eſt (*t*), ſed etiam ex prouinciarum regimine magnum adfert emolumentum, honorem, dignitatem. Inde tutoris, qui per pactum ad tutelam vocatur publicam, fere ſemper intereſt, ne ſe praeterito alius vocetur; et hinc ius, quod ad tutelam ex pacto ſemel habet quaeſitum, inuito tutori a patre adimi haud poteſt. Quamuis igitur per aliud pactum, quamuis per teſtamentum pater illuſtris declaret, ſe tutelam ex anteriori delatam pacto, velle ſublatam, nihilominus tamen haecce voluntatis mutatio tutori ius adimere nequit ex pacto competens perfectum (*u*). Quod ſi vero res in eum redigatur ſtatum, vt tutor pacto deſignatus vel plane inhabilis ſit factus, vel ſaltim ex eius adminiſtratione prouinciis aut pupillo non leue immineat praeiudicium, tunc imperii tribunalia vel pater, praeterito tutore pactitio, recte alium vocant ad tutelae munus.

§. XLIV.

Notiſſima iuris Romani eſt regula, tutores vel curatores non accipere, qui patriae ſubſunt poteſtati. Eandem olim celſiſſ. imperialis camerae iudicium fuit ſecutum, ideoque nec tutores nec curatores dedit liberis, niſi ante per emancipationem e patria dimiſſis poteſtate (*x*). Aſt recentiori tempore vtraque imperii tribunalia ſuprema aulicum aeque ac camerale antiqua deſeruiſſe videntur principia, ſaltim plura innotuere exempla, quae docent, patrem habentibus datos fuiſſe curatores (*y*). Addo adhuc STRYCKII verba (*z*): *Hoc*

(*t*) Vide infra Cap. IV.

(*u*) LEYSER *medit.* Sp. 328. m. XII.

(*x*) Vide ſupra P. V. Cap. II. Sect. II. §. 22.

(*y*) Vide ſupra P. V. Cap. II. Sect. I. §. finali.

(*z*) de *tutela materna* Cap. I. §. 25.

Hoc mirum eſt, quare ſi pater viuus tutorem pro liberis petat, illi non deferat Camera? Rationem quidem reddit GYLMANN. d. l. *quia iuramentum tutorium in euentum praeſtare non poteſt, quam rationem quoque probauit* BLVM. proc. Camer. tit 42. n. 14. *ſed huius rationis ratio merito deſideranda. Quid enim inter principes frequentius, quam euentualia iuramenta admittere, quorſum pertinent tot homagia euentualia, etiam in ipſa inſtr. pac. probata, cuius exemplum eſt in inſtrum. Pac.* art. II. §. 7. ibi. iuramento fidelitatis et ſubiectionis in euentum obſtringere. *Cur non ergo et iuramentum tutorium in euentum mortis paternae praeſtari poſſet?*

CAPVT II.

DE CONFIRMATIONE TVTORVM VEL CVRATORVM.

AVCTORE

D. IO. AVG. HELLFELD.

SVMMARIA.

§. I.

Tutores confirmatione indigent omnes, ſecus ac apud Romanos.

§. II.

Origo confirmationis tutorum Germanica non ſatis certa eſt.

§. III.

Hodie ex Legum imperii ordinationibus clare conſtat, omnes tutores confirmatione indigere, quae etiam illuſtres tangunt.

§. IV.

Contra hae vero valent, quae in quibusdam familiis obtinent, obſeruantiae contrariae.

§. V.

Ob hanc obſeruantiam ſaepe confirmationis petitio omittitur.

§. VI.

Imo non tam quoad prouinciarum adminiſtrationem quam quoad proceſſualia aliaque in iudicio aulico vel camera expedienda negotia confirmatione opus videtur.

dalis conſtitutio a domino directo facta antiquisſimi eſt vſus (*d*).

§. III.

Per recentiores vero imperii conſtitutiones eſt ſancitum, vt omnes omnino tutores ſiue ſint teſtamentarii ſiue legitimi et datiui ante confirmationem impetratam non ſubeant tutelae adminiſtrationem. Sic Reformatio Politica de Anno CIↃIↃXLVIII. (*e*): *Daſs auch ein jeglicher Vormunderer, er ſey gleich in Teſtaments Weiſe verordnet, oder durch das Recht oder Richter gegeben, ſich der Vormundſchafft nicht unterziehen ſoll, die Verwaltung ſey ihm denn zuvor durch die Obrigkeit decerniret und befohlen.* Eadem verba repetita leguntur in ordinatione Polit. Francof. de A. CIↃIↃLXXVII. (*f*). An vero hae legum imperii diſpoſitiones ad illuſtres quoque pertineant, non vna eſt inter Germaniae ICtos ſententia. Negatiuam tuentur GRIEBNER (*g*), TITIVS (*h*). Affirmatiua vero placet STRYCKIO (*i*), B. KEMMERICHIO (*k*), MOSERO (*l*), aliisque pluribus. Mihi videtur, tutelares haſce imperii conſtitutiones non quidem illuſtribus, ſed ſolum priuatis eſſe ſcriptas. clare hoc patet ex earum introitu, ibi: *So wollen wir allen und jeden Churfürſten, Fürſten, Prälaten, Graffen, Herrn, von Adel und communen, hiermit ernſtlich auferleget haben, in ihren Fürſtenthümern - - dermaſſen Vorſebung zu thun, daſs dem pupillen - -* Iu-

(*d*) Vide exempla P. V. Cap. VI. §. 14.

(*e*) tit. XXXI. §. 2.

(*f*) Tit. XXXII. §. 2.

(*g*) *In diſcurſ. in principia iuris priuati illuſtrium* p. 163.

(*h*) *in ſpecim. iuris publici* L. IV. Cap. VI. §. 13.

(*i*) *Vſu mod. Pand.* lib. XXVI. tit. 3. §. 8.

(*k*) *in introduct. ad ius publ.* Lib. VIII. Cap. IV. §. 6.

(*l*) *StaatsR.* P. XVIII. c. 93. §. 1.

Iubent igitur hae conſtitutiones ſolummodo, vt ſtatus in ſuis prouinciis eas obſeruari curent, minime vero, vt ipſi ſtatus illis conuenienter viuant. At licet ad ſubditos proprie pertineant hae politicae ordinationes, nihilominus tamen propter rationis paritatem illae ad illuſtres quoque tutores ſunt applicatae, vſuque forenſi haecce approbata eſt extenſio, ita vt hodie omnes illuſtrium tutores confirmationem impetrare teneantur, niſi forſan vſu vel obſeruantia aliud ſit introductum in quadam familia. Facit huc conſilium, quod de confirmationis neceſſitate dederunt conſiliarii Altenburgici, cuius verba hic legere non erit ingratum (m): *Demnach die Chur- und Fürſtl. Sächſ. Hochanſehnliche Deputirte Unſer der Endes unterſchriebenen Bedencken verlanget, weſſen ſich die Durchlauchtigſte Herrn Vormündere wegen ſuchender Confirmation der Ihro Chur-und Fürſtl. Durchl. Durchl.* per teſtamentum *aufgetragenen Vormundſchafft zu verhalten haben möchten? So iſt zwar Anfangs bekandt, daſs nach denen beſchriebenen alten Kayſerl. Rechten diejenigen Vormündere, ſo in einem zierlichen Teſtament benannt und verordnet, weder einiger fernerer Confirmation bedürffen, noch zu einiger Caution oder Satisfaction verbunden ſeyn. Nachdem aber die Teutſche Reichs-Satzung und nahmentlich Policey-Ordnung* de A. 1548. tit. *von der Pupillen- und minderjährigen Kinder tutoren. §. daſs auch ein jeglicher Vormünder und* A. 1577. tit. 32. §. *daſs ein jeglicher etc. von voriger Diſpoſition der Rechte in ſo weit abgeſchritten, und insgemein diſponiret, daſs ein jeglicher Vormünder, er ſeye gleich im Teſtament-weiſs verordnet, oder durch das Recht oder Richter gegeben, ſich der Vormundſchafft unterziehen ſolte, die Verwaltung ſeye ihnen dann zuvor durch die Obrigkeit decerniret und be-*

(m) Apud de LVDOLFF *de iure feminarum illuſtrium* App. P. I. p. 136.

befohlen. So ſtehet zwar dahin, ob dieſe conſtitutiones eben auf die Vormundſchafften der Chur-und Fürſten zu extendiren, oder nicht vielmehr nur von denen Vormundſchafften der priuatorum zu verſtehen. Maſſen die Worte von allegirter Policey-Ordnung eigentlich auf die priuatos und mediatos lauten. ibi: *So wollen wir allen und jeden Chur-Fürſten, Fürſten, Praelaten, Graffen, Herrn von Adel und Commnnen hiermit ernſtlich aufgelegt und befohlen haben, in ihren Fürſtenthümern, Herrſchafften, Obrigkeiten, und gebiethen hierauf dermaſſen Verſehung zu thun und zu verordnen etc. daſs ein jeglicher Vormunder. Und findet ſich bey denen Rechts-Lehrern, die nach der Policey-Ordnung geſchrieben, nicht, daſs ſie die confirmationes tutorum teſtamentarias, ſonderlich der Chur- und Fürſtl. vor nöthig erachtet, vielmehr ſetzet* GAIL. 2. obſ. 107. n. 5. quod ſi teſtamentarii tutores dati, tunc ſufficit loco curatorum exhibere copiam collationatam teſtamenti, vel aliud legitimum documentum, ex quo iudici conſtare poterit, conſtituentes actum eſſe Teſtamentarios tutores. *Immaſſen auch in denen von* Raphaele Sellero colligirter *Cammer-Gerichts-Urtheln* p. 2. ad an. 1569. 7. Febr. fol. 736. *eines zu befinden, da den Anwaldt ſeiner legitimation halber allein auferlegt worden: Glaubliche Anzeige zu thun, daſs die in Gewalt ernannte Teſtamentarii tutores ſeyn, ohne Meldung einiger* Confirmation et RODING *in ſeinen* Pand. Cam. 3. tit. 29. 13. *führet ſchlechterdings ob allegirte* cauſam GAILII *an, und läſts dabey bewenden, ſo wohl als deſſen des* RODINGII *unbenannter Additionator, der doch ein vornehmer und fleiſiger* Aduocatus *und* procurator camerae *nahmentlich* (D. Paulus Gampſius) *geweſen*, MYNS. *aber* cent. 2. obſ. 37. *ſchreibet noch klärer:* ſi ex Teſtamento, ipſum non modo tutorem conſtitutum a patre, ſed etiam adminiſtrationem bonorum ei commiſſam, quo non eſt neceſſe, quod ei a iudice decreta ſit adminiſtratio. *Ja* LVDOLPHVS SCHRAD. *der der Kayſer* Rudolph II. *und* Max. II. *und anderer Chur- und Fürſten Rath*

tituliret wird, will in ſeinem tract. feud. part. 10. ſ. 19. n. 18. *nicht glauben*, quod regula de confirmando tutore in teſtamento minus ſolenni dicto locum habeat in tutore dato a Rege, Marchione, Duce, Comite, etiam ſi datio facta ſit in Teſtamento minus ſolenni.

Und obgleich ROSENTH. de feud. 2. 12. 10. 15. ſeqq. *von* SCHRAD. *diſsfalls diſſentiret, ſo erſcheinet doch aus ſelbiger Concluſion genugſam, daſs ermeldter* ROSENTH. *allerdings praeſupponiret, ein teſtamentlicher Vormund, der in einem Teſtamento ſolenni verordnet, bedürffe keiner* confirmation, vide num. 12. 20. de. *mit dem es auch* LIMN. def. Publ. 4. 8. 179. *zu halten ſcheinet, mag auch endlich wohl ſeyn, und dürffen ſich exempla finden, da an dergleichen Fällen keine Confirmation geſucht oder ertheilet worden. Geſtalten bey hieſiger Fürſtl. Cantzley nicht das geringſte veſtigium anzutreffen, daſs weiland Herzog Friedrich Wilhelm der Chur-Sächſ. Adminiſtrator Chriſt-milder Gedächtniſs, benebenſt ſeinem Herrn Mit-Vormunde dem Churſ. zu Brandenburg, noch auch daſs nach des hochgedachten Herrn Adminiſtratoris Abſterben, deſſen hinterlaſſene Fürſtl. Kinder, Tutores (welche zwar keine Teſtamentarii, ſondern vielmehr legitimi geweſen) als Anfangs weyland Herzog Johann zu Sachſen, ſo dann Churfürſt* Chriſt. II. *und letzl. Chur-Fürſt Joh. Georg I. alle Hochſeel. Andenckens ſich um einige Confirmation beworben, oder dieſelbe an einem des Reichs höchſten Gericht ausgebracht. Dieweil aber dennoch die vor allegirte* ſcriptores *ſonderlich die* Camerales *mehr auf die* legitimationem ad cauſam, *als* curiam *das Abſehen gerichtet, auch viel exempla zu finden, daſs dergleichen* Tutores Teſtamentarii, *ob ſie gleich ſothaner Confirmation etwa ſo groſs nicht nöthig gehabt, dieſelbe dennoch um mehrere Gewiſsheit willen geſucht, und erhoben. So ſcheinet wohl, daſs die mehr allegirte Tax-Ordnung nach und nach mehrers zur obſeruanz gebracht, und inſonderheit ihre extenſion auch auf die Reichs-Stände genommen haben müſſe. Wie denn ſchon der eben*

vorhin angezogene ROSENTHALIUS *an eben ſelbiger* Concluſion n. 64. 65. ſeqq. *die* formulam, *wie um die Confirmation der teſtamentirlichen Vormünder Anſuchung zu thun am Cammer-Gerichte, und was etwa ſonſt diſsfalls vorzugeben pflege, umſtändlich tradiret, dergleichen auch* nouiſsime in IAC. BLUM. Proc. Cam. tit. 42. n. 15. *zu ſehen, welcher hierüber in ſeinen* Chil. ſent. Cam. ad d. 6. Iun. 1655. n. 94. fol. 39. *eine* Confirmation tutelae teſtamentariae *und zwar bey Fürſtlichen Perſonen* in forma *referiret. Zu dem am Kayſerl. Hofe, die noch gar neue exempla von der Brandenburgiſchen Culmbachiſchen und hernach von der Onoltzbachiſchen Vormundſchafft bekandt, und bey dem Kayſerl. Hofe als jüngſthin daſelbſt bewuſter maſen fondiret worden, die Confirmation, wenn anders die Vormundſchafft im Reich und beſonders am Kayſerl. Reichs-Hoff-Rath- und Cammer-Gericht dafür gehalten werden ſolte, allerdings vor nöthig gehalten werden wollen.*

So geben unſere unvorgreifliche Gedancken dahin, daſs mit Suchung mehr berührter Confirmation um ſo viel weniger anzuſtehen, als der gewiſſeſte und ſicherſte Weg allezeit der beſte, auch der Reſpect der Röm. Kayſerl. Maj. als des hochgeehrteſten Oberhaupts höchſten und allgemeinen Vormunds- und Lehn-Herrns (als welchen wir des Vaſallen hinterlaſſener Pupill ſamt deſſen Fürſtenthum und Landen verſorget, auch ſo es, wie alhier, ein Reichs-Stand, deſſen Votum und Seſſion im Reichs-Rath vertreten würde, zu wiſſen billig hoch anlieget) ſodann die facilitirung der künftig am Kayſerl. Hof ſuchender Lehn und anderer Angelegenheiten, bevorab derer daſelbſt ſowohl, als am Kayſerl. und des Reichs Cammer-Gerichten hafftender, oder noch künftig erhebender Proceſſen die mehrere autoriſirung derer mit denen benachbarten und ſonſt vorhabenden Handlungen, und alſo allenthalben das Intereſſe des Fürſtl. Pupillen erheiſchen thut. Sign. Altenburg 23. Jul. 1669.

§. IV.

§. IV.

Vi legum imperii recentiorum tutores curatoresue omnes, ſint quicunque velint, indigent confirmatione, licet vel maxime illuſtri fulgeant dignitate (§. III.). Minime vero abſolute neceſſaria eſt haec confirmatio, ſed vel ex imperatoris priuilegio, vel ex conſuetudine in familia quadam recepta, eius petitio recte poteſt omitti. Ipſe ſacratisſimus aliquoties agnouit imperator, tunc confirmationem recte negligi, ſi obſeruantia familiae tutorem ab hac necesſitate liberaret. Inde cum Fridericus Auguſtus Rex Pol. et Elect. Sax. confirmationem tutelae, quam in Mauritium principem Merſeburgenſem ſuſceperat, impetrare nollet, quia ex conſuetudine Serenisſimae gentis Saxonicae ab ea immunem credebat, in iudicio aulico fuit concluſum (n): *Daſs, wofern der Churfürſt das von ihm allegirte undenckliche Herkommen, Krafft deſſen demſelben in ſeinem Chur-Hauſe die tutel ohne einige Confirmation zukomme, innerhalb 2. Monaten dociren und darthun werde, ſodann fernere Kayſerliche Reſolution erfolgen ſolte.*

§. V.

Equidem inter Germaniae procerum tutores non deſunt tales, qui absque imperatoria confirmatione tutelam geſſerunt. Georgius Princeps Anhaltinus filio ſuo vnico Leopoldo coniugem charisſimam Henriettam Catharinam tutricem dedit, eamque ſimul regentem eſſe voluit, ad quam tutelam ſubeundam confirmatio imperatoria nec impetrata nec petita fuit. Vlterius Amalia Eliſabetha Hasſiae Landgrauia ſine vlla confirmatione tutelam gesſit et egregie prouinciis cum omni ſumma poteſtate praefuit et tamen nihilominus in I. P. Art. XV. §. 4. praedicatum tutricis ei

 non

(n) MVLLER *Annal. Sax. d. 4. Dec. 1696.*

non fuit denegatum, nec ob deficientem confirmationem ei circa negotia publica quaeſtio mota. In eadem domo nouum occurrit exemplum Hedwiga Sophia, quae per plures annos omnia ſuperioritatis iura ſine contutore et confirmatione Caeſarea adminiſtrauit et tamen nihilominus imperator in litteris ad ipſam miſsis titulum *der Vormünderin und Regentin* ei non denegauit (*o*). Praeſertim hanc immunitatis a confirmatione praerogatiuam ſibi vindicat ſereniſsima Saxonica domus, de qua MVLLER (*p*): *Dieſer Herzog Friedrich Wilhelm* Vinarienſis, *hatte Pfaltz Graf Ludewig bey Rhein, und Land-Graf Moritzen zu Heſſen zu Vormunden ſeiner drey Söhne, Johann Philipſens, Friedrichs, und Johann Wilhelm, auch eventualiter des* poſthumi, *jedoch nur* ad actum diuiſionis *im Teſtament benennet; Nachdem ſich aber dieſe* Teſtamentarii *noch bey Lebzeiten des Teſtatoris excuſirt, und die Vormundſchafft dem Bruder Herzog Johannſen als* Tutori legitimo *überlaſſen wollen, dieſer hingegen, wegen der mit den Unmündigen unter Handen gehabten Landes-Theilung, ſich auch nicht darzu verſtehen wolte, noch konte, ſo erſuchte der Teſtator wenig Stunden vor ſeinem Tode Churfürſt Chriſtian II. in einen beweglichen Schreiben zum* Con-Tutorn, *welches aber derſelbe Anfangs nicht annehmen wollen, bis nicht nur die Wittbe und Herzog Johannes, Ihn dahin vermochten, ſondern auch der Kayſer ſelbſt deshalben an den Churfürſten ſchrieb, worauf dieſer ſich der Mit-Vormundſchafft unterzog, die Kayſerl. Confirmation derſelben aber wurde nicht geſucht, weiln dergleichen in den Chur-und Fürſtl. Hauſe Sachſen nicht bräuchlich.* Huc quoque ſpectant, quae ex actis Archiui Vinarienſis, occaſione tutelae Philippi Haſsiaci A. CIↃIↃIX. collectis exhibet L. B. DE LYNCKER (*q*): *Es*

(*o*) Haec exempla ſunt ex STRYCKII *Vſu M. P.* Lib. 26. tit. 3. §. 8.

(*p*) *Annal. Ann.* CIↃIↃCII.

(*q*) *Comment. ad A. B. ad* Cap. VII. p. 55.

Es ſey von zehen, zwantzig etc. hundert Jahren, und über Menſchen Gedencken, bey denen Fürſten zu Thüringen und Heſſen in ſteter Uebung und ohne Widerſprechen alſo herkommen, daſs bey ſolchen Fällen die nechſt geſippten Agnaten ſich der Vormundſchafft durch Ihr ſelbſt einig Zuthun, ohne Verhängniſs, Auctoriſation oder Decret Kayſerlich oder Königl. Maj. wie auch ſonderliche Satisdation und Vormundſchaffts-Pflicht, und alle andere ſolennitäten, angenommen: maſſen dann alſo Landgraf Henrich die Vormundſchafft ſeiner Vettern, Landgraf Wilhelms des Aeltern und Mitlern, ingleichen Ertz-Biſchoff Herrmann zu Cöln, die Tuteln über ſeines Brudern, jetztermeldten Landgraf Heinrichs, Kinder und deren Lande, adminiſtriret; wobey von ihnen einige ſonſt gewöhnliche Solennität der Rechte weder beobachtet, noch erfordert worden ſey. Hancce Saxoniae Ducum praerogatiuam eſſe fundatam, ex conſiliariis aulicis affirmat L. B. DE LYNCKER (*r*), et ex camerae aſſeſſoribus de LVDOLFF (*s*). Non tamen extra omne dubium hancce conſuetudinem eſſe poſſitam iudicauit celſiſſ. iudicium Aulicum in cauſa tutelae Merſeburgenſis (§. IV.). Imo conſiliarii Altenburgici interrogati, an neceſſario tutelae confirmatio ſit impetranda? ſecurius putarunt, illam impetrari (§. III.). Occaſione tutelae Hildberhuſanae de hac quaeſtione ſic videbatur: (*t*)

Quaeritur V*to Ob demnechſt die Kayſerl. Confirmation wenigſtens der Ew. Hochfürſtl. Durchl. zuſtehenden Haupt-Vormundſchafft nöthig und erforderlich ſey?*

Wiewohl nun viele deren Reichs-Gerichts-Sachen beſterfahrne fürtreffliche ICti, und unter ſolchen fürnemlich

L. B.

(*r*) *Ad A. B. p.55.*

(*s*) *De iure feminarum illuſtrium* P. I. §. 1. n. 20.

(*t*) Apud MOSER *Beyträge zu den neueſten StaatsR. und Geſchichten* P. I, p. 24.

L. B. de LYNCKER in *Tr. de Libertate ſtatuum Imperii* Sect. III. §. VII. pag. 60. *mit Beziehung auf den ehemaligen Herrn R. H. Rath von Wackenfels beym* KLOCKIO *in Relat.* C. XVIII. num. 14. ſqq. pag. 990.

Idem Dn. DE LYNCKER *in Commentar. ad Aur. Bull.* Cap. VII.

Dn. de LVDOLFF *in Tr. de iur. feminar. illuſtr.* part. I. §. 27. pag. 41. *wie ingleichen*

MVLLER in *Annal. Saxon. ad 7. Iulii 1603. et 4. Dec. 1696. nebſt* TOBIA PFANNERN *in ſeinem Bericht von der Erb-Verbrüderung zwiſchen Sachſen und Heſſen*, Cap. XII. §. fin. *und in dem Bericht von Sächſiſchen Vormundſchafften etc.* paſſim. *behaupten und mit vielen Exempeln bewähren, daſs die Suchung der Kayſerl. Confirmation derer Vormundſchafften in Chur- und Fürſtl. Hauſe Sachſen nicht herkömlich ſey, ſondern dieſes Hohe Haus damit, wie in denen urältesten, alſo auch in den mittlern und neuern Zeiten, jedesmal verſchonet geblieben, und ſich bey ſolchen* iure ſingulari *je und allewege conſerviret habe; weiln aber hierüber noch keine* Reſolutio vel Deciſum Caeſareum *vorhanden, mithin Ew. Hochfürſtl. Durchl. nicht zuzumuthen iſt, ſich durch unterlaſſende Suchung der allergnädigſten Confirmation Verdruſs zu machen, noch mit vielen Unſtatten jene Theſin durch zu diſputiren, hiernächſt auch ſelbſt der Fürſtl. Sächſ. ICtus*, BVRCHARDVS GOTTHELF STRVVIVS, *in ſeinen* ſyntagmate iuris publici *obiges* ius ſingulare Domus Saxonicae *nur von der Albertiniſchen oder Chur-Linie, und ſodann aus der Erneſtiniſchen Haupt-Linie nur von der* Linea ſpeciali Vinarienſi, *verſtanden haben will, allermeiſt aber bey der nächſtvorigen in hieſigen Fürſtl. Haus geweſenen* Tutela materna, *die Kayſerl. allerhöchſte Confirmation geſuchet und* ſub dato *Wien 22. Febr. 1725. impetriret worden iſt; So müſſen wir, Pflichten halben, unterthänigſt anrathen, daſs Ew. Hochfürſtl. Durchl. wiewohl mit einſtweiliger Abſtrahir- und Verwahrung deſſen, was deshalb ein oder das andere*

Fürſtl.

Fürſtl. Sächſ. Special-Haus hergebracht haben möchte, keinen Anſtand nehmen, die Kayſerl. allerhöchſte Confirmation, nach nunmehro bald wieder eröfneten Reichs-Hoff-Raths-Collegio, förmlich und allergehorſamſt zu ſuchen.

Quamuis vero ex obſeruantia cuiusdam familiae, vt tutelae confirmatio impetretur, non ſit neceſſarium, nihilominus tamen de ſuſcepta tutela imperatori fieri ſolet notificatio, adiuncta declaratione, de gerenda tutela in imperatoris et imperii, vt et pupilli ac eius prouinciarum dignitatem, honorem vtilitatemque (*u*).

§. VI.

Haec vero tutelae confirmatio non tam quoad adminiſtrationem publicorum pupilli negotiorum opus videtur, quam potius requiritur, quoties pupillo lites mouentur, aut inueſtitura impetranda, aut aliud iudiciale negotium expediendum eſt. Quae enim circa terrarum adminiſtrationem a tutore geruntur illuſtri, ſua ſubſiſtunt virtute, licet confirmatio ab imperatore impetrata ſit nunquam. Sane iuris eſt expediti, in comitiis quoad tutoris legitimationem tutorii vel curatorii productionem rigoroſe haud deſiderari (*x*). Inde Maria Anna Bauarica Receſſui imperii nouisſimo tanquam tutrix ſubſcripſit, licet nunquam fuerit confirmata. Fridericus Wilhelmus, Electoratus Saxoniae Adminiſtrator, in collegio electorali fuit admiſſus, licet nunquam fuerit confirmatus (*y*). Simili modo in comitiis imperii Amalia Eliſabetha, Haſſiae Landgrauia, Anno 1640. fuit admiſſa, licet illa confirmationem tutelae nec im-

(*u*) MOSER *StaatsR.* P. XVIII. cap. 93. §. 2.

(*x*) LVDOLFF *de iure femin. illuſtr.* P. I. §. 27.

(*y*) MVLLER Ann. Sax. die VII. Iulii 1602.

impetrauerit nec petierit (z). Recte igitur ſe habent ſequentia STRYCKII verba (*a*): haec confirmatio Caeſarea non tam ſtricte obſeruatur, ſed quandoque negligi ſolet, praeſertim ſi nullae contentiones circa ipſam tutelam adſint; tunc enim, quando controuerſia metuenda eſt, plerumque ſolent confirmationem hanc petere. De hoc enim mihi fides facta eſt, multas confirmationes in aula Caeſarea reperiri quaſi derelictas, *man hat ſie unabgelöſt liegen laſſen*, adeo, vt hodie cautiores in Cancellaria imperatoris eſſe, nec prius mandatarium ad iuramentum admittere ſoleant, niſi de ſportulis his ſatisfactum fuerit - - - ſcilicet quamdiu circa confirmationem ipſamue tutelam nulla mouetur controuerſia, quamdiu confirmationem nemo vrget, tamdiu tutores illuſtres ſine confirmatione agere et tutelam adminiſtrare hactenus poſſunt, hoc effectu ſcilicet, vt confirmatio Caeſarea non tam ſtricte hic deſideretur, vt, quicquid ſine illa a tutore illuſtri factum eſt, virtute ſua careat. Aſt ſi tutori nomine pupilli vel coram Auſtraegis vel aliis imperii tribunalibus experiundum, et aduerſarius exceptionem legitimationis opponat, illa a iudice negligi haud poteſt, ſicuti enim vnusquisque, qui tutoris nomine experitur, in iudicio non admittitur, niſi de tutela ſibi commiſſa fidem fecerit, idque producto tutorio (*b*), adeo vt nec mater ab hac legitimatione excepta ſit (*c*), ita non video, qua ratione mater illuſtris, ſi aduerſarius id magnopere vrgeat, huic exceptioni aliter, quam productione tutorii ſatisfacere posſit. Hoc enim ſecundum ordinarias iuris regulas expeditum eſt, legitimationi ante omnia ſatisfa-

(z) Vide de hac re *Protocol. comitiale* de A. 1640. apud LONDORP. *Actis publ.* Tom. IV. p. 903.

(*a*) *Vſu Mod. Pand.* Lib. XXVI. tit. 3. §. 8. ſqq.

(*b*) GAIL I. obſ. 107. n. 1.

(*c*) MONTANVS *de tutelis* c. 14. n. 7.

faciendum eſſe, ſine qua omnia, quae aguntur, inualide aguntur, adeoque illum quoque, qui ad litem peragendam a tutore illuſtri miſſus eſt, non tantum perſonam ſuam per obligationem mandati legitimi, ſed etiam ipſius tutoris perſonam legitimare tenetur. - - - Hinc cum in Regimine Magdeburg. ante viginti annos caſus contingeret, vt aliquis ex Saxoniae Ducibus tutorio nomine contra debitorem quendam experiretur, hic vero legitimationis exceptionem opponeret, poſt conſultationem Facultat. Iurid. Erfordienſis d. 20. April. 1691. pronuntiatum, *daſs ein gehöriges tutorium zu produciren ſey*, et inter rationes decidendi hoc aſſertum, *daſs nach Anleitung der Röm. Policey-Ordnung* de Anno 1577. tit. 32. et GAIL. obſ. I. n. 47. *an Seiten der Fürſtl. Herren Erben ein tutorium von gehörigen Orthen einzubringen*; quod cum deinceps haud fieret, anſam dedit, ſufflaminandi continuationem proceſſus, et amicabilem compoſitionem promouendi.

§. VII.

Tutores illuſtrium indigent confirmatione (§.I. et III.). Sunt tamen, qui putant, tunc confirmationem negligi poſſe, ſi pater teſtamento impetrandae confirmationis necesſitatem remiſit (*d*). Nobis hic diſtinguendum videtur, an familia quaedam per legitimam obſeruantiam immunitatem a confirmatione tutelae habeat, an vero illa tali non gaudeat praerogatiua. Priori caſu, patris teſtamento confirmationis recte remittuntur ſolennia, quippe quae propter ius, quod in familia obtinet, ſingulare ne quidem exigi poſſunt. Sic Erneſtus Pius Dux Saxo-Gothanus ſuo in teſtamento inter caetera diſponit (*e*): *Und ob wir uns zwar*

(*d*) SCHNEIDEWIN *ad princ. Inſt. de legit. tut.* CARPZOV. Lib. II. Reſp. 82. n. 2.

(*e*) Vide ſupra P. V. Cap. V. p. 480. fine.

zu errinnern haben, welchergeſtalt in denen Rechten verordnet, daſs, ehe und zuvor die Vormünder ſich der Verwaltung unterziehen, beydes rem pupilli ſaluam fore, *zu caviren, als auch ein* decretum magiſtratus de adminiſtrando *und dergleichen zu erlangen ſey; dieweil aber denen teſtatoribus frey ſtehet, ſolche* ſolemnia iuris *zu erlaſſen, ſo geſchicht daſſelbige auch von uns hiermit und Krafft dieſes.* Alia vero ratio eſt, ſi in familia quadam immunitas a confirmationis ſolemnibus locum non habet. Hoc enim caſu priuata patris voluntas remittere nequit, quae a lege exiguntur publica. Recte igitur de LVDEWIG (*f*) poſtquam docuit, omnes, etiam illuſtres tutores, ad confirmationem tutelae impetrandam eſſe obligatos, addit tandem: *Niſi teſtator claris verbis iubeat, ſubire tutelam illum, quem nominauit, ſine vlla magiſtratus inquiſitione. Nam tum demum exiſtimant tutorem propria auctoritate bonis et negotiis ſe immiſcere poſſe. Adeoque in iudicio ille teſtamento opus habebit, non formula tutelae iudiciali, ſiue tutorio. Qua de re tamen egomet omnino dubitauerim. Quoniam lex Germanorum adeo prouida eſt, vt, in fauorem pupilli, ne quidem fidere parenti teſtatori velit, ſed in omnis generis tutela adiunctum exigat iudicium magiſtratus. Quam pro pupillis factam prouidentiam vix euertet, vltima parentis voluntas. Neque enim hic de otioſa ceremonia agitur, vel ſolennibus nudae confirmationis, vt dari poſſit locus contrariae patris diſpoſitioni: ſed de iudiciali examine, vtrum dignus ſit candidatus Spartae tutelaris. Taceo, pupillorum iura, quae legibus cauta ſunt, in damnum illorum tolli non poſſe patris decreto.*

§. VIII.

Inter priuatos non gerentes ſolum, ſed quoque honorarii tutores ad impetrandam obligantur confirmationem. Eſt

(*f*) differ. iuris R. et G. *in tutela Attiliana* diff. 3. nota uu. Adde STRYCK *Vſu mod.* tit. de confirmando tutore §. 15.

Eſt enim legum imperii tutelarium diſpoſitio generalis, omnes omnino tutores ſine diſcrimine magiſtratus ſubiiciens examini. Inde noſtrum non eſt, ratione confirmationis inter tutelam honorariam et adminiſtratoriam ſtatuere differentiam, cum lex nullibi diſtinguat (*g*). Eadem inter illuſtres locum habere ſtatuit de LVDOLFF (*h*) verbis: *Quaeritur de tutore illuſtri honorario? Ratio dubitandi: quod iſtiusmodi tutori nulla iucumbat adminiſtratio. Ratio decidendi, quod nihilominus habeat tutor honorarius in ea qualitate obſeruanda tanquam inſpector, cuſtos et monitor. Ergo in qualitate honorarii Tutoris tenebitur praeſtare ſolemnia officio iſti congrua, iuramenti et cautionis. Ita concluſum in camera in cauſa Tutelae Leiningen Weſterburgenſi 27. Iunii 1726. et praeſtita fuere ſolemnia.* Cum Anno 1723. princeps Schwarzenbergica liberorum ſuorum tutrix confirmaretur eique princeps a Furſtenberg contutor adiungeretur honorarius, hunc confirmationem impetrare iusſit celſisſimum aulae imper. tribunal (*i*). Aſt diſtinguendum videtur inter tutores hono-

 ra-

(*g*) de LVDEWIG *diff. iuris Rom. et Germ. in tutela. Attil.* dif. 3. n. XX.

(*h*) *Obſeruationum forenſ.* P. I. p. 143.

(*i*) verba concluſi: *Wird der Frau Supplicantin der Herr Fürſt von Fürſtenberg, gebettener maſſen*, pro contutore honorario, *hiermit zugeordnet.*

Reſcribatur, *dem Herrn Fürſten von Fürſtenberg, Ihro Kayſerl. Maj, lieſſen ihme ohnverhalten, was geſtalten allerhöchſt Dieſelben ihn auf der verwittibten Frau Fürſtin von Schwartzenberg allerdemüthigſtes Begehren, auch in dem auf ihn geſtellten Kayſerlichen allergnädigſten beſondern Vertrauen zum* contutore honorario *allergnädigſt ernennet, und Deroſelben zugeordnet hätten, trageten demnach demſelben allergnädigſt auf, daß er derhalben die gewöhnliche Vormundſchaffts-Pflicht bey Kayſerl. Reichs Hoff-Rath innerhalb zwey Monathen abzulegen, jemand mit gehöriger Vollmacht förderlich verſehen, und ſolche alda ſofort produciren laſſen ſolle.* „

rarios, qui ab imperii tribunalibus matri vel ad implorationem vel ex officio adiunguntur, et inter eos, qui vel teſtamento, aut obſeruantia ſeu pactis familiae ad tutelam vocantur honorariam. Illi ad praeſtanda ſolemnia obligantur. Suam enim poteſtatem tutelarem accipiunt ſub lege praeſtandorum ſolemnium, et hinc modum implere tenentur praeſcriptum. Hi vero, vt abſolute confirmationem petant, obligati haud videntur. Tutores enim honorarii non adminiſtrant, ſed ſolum cuſtodes ſunt, ideoque nec nomine pupilli inueſtituram petunt vel accipiunt, nec in litibus pupillo motis huic asſiſtunt, quippe quod ſpectat ad officium tutoris gerentis. Iam vero confirmatio non tam quoad publicam tutelae adminiſtrationem eſt impetranda, quam potius, quoad inueſtituram et lites, coram imperii tribunalibus contra pupillum formatas, requiritur (§. VI.). Et cum haec omnia a tutore gerente expediri queant, non video, quare tutor honorarius inſpectionem et cuſtodiam quoad publicam tutelam absque confirmatione habere non posſit. Nec obſtat, ordinationes Receſſuum imperii confirmationis impetrandae necesſitatem omnibus tutoribus ſine exceptione imponere, dum hae leges priuatis ſint ſcriptae, et inter illuſtres ſolummodo valeant, quatenus in illuſtrium cauſis ſunt receptae (§.III.). Minime vero ad confirmationis ſolennia obligantur *die Mit- oder Unter-Vormündere*, qui ex conſiliariis principis ad curae ſeu tutelae coadminiſtrationem vocantur. Hi enim non proprio nomine adminiſtrant, ſed plerumque ſub imperio vel ſaltim ſub directione tutoris principalis, *des Ober-Vormundes*, exiſtunt, et inſtar miniſtrorum ſunt, qui tutori quidem principi fidem adſtringunt, minime vero tribunalibus imperii iurant.

§. IX.

Confirmatio tutorum illuſtrium fieri poteſt vel a iudicio aulico vel a iudicio camerali. Et quamuis ſint, qui

pu-

putant, ſoli iudicio aulico ius confirmandi illuſtrium tutores ideo eſſe reſeruatum, quia cauſae feudorum regalium camerae non ſint ſubiectae et datio tutorum ad cauſas gratiae ſpectet, quas ſibi camera vindicare non poſſet; horum tamen ſententia lubrico innititur fundamento. Primo enim imperator ſibi ſolum reſeruauit cognitionem de controuerſiis, vbi regale feudum alicui abiudicari debet, de quo in confirmatione tutelae non agitur. Deinde non video, quomodo ad res gratiae referri queat tutelae ordinatio, dum non omnes cauſae voluntariae mixtae iurisdictionis rebus gratiae accenſeri queant. Potius tutores aeque ac curatores ab imperatore non vi reſeruatorum, ſed vi ſupremae iurisdictionis ſibi competentis confirmantur. Et cum imperator iurisdictionem per cameram aeque ac per iudicium aulicum exerceat, illi aeque ac huic ius confirmandi tutores non poteſt denegari.

§. X.

Tutelae confirmatio peti poteſt vel a iudicio aulico vel a iudicio camerali (§. IX.). Vt vero illa a iudicio aulico impetretur, notanda ſunt ſequentia. Aut confirmationem petit ipſe tutor, ſeu curator, lege vel teſtamento datus, aut alius pro conſtituendis pupillo tutoribus ſupplicat. Si ipſe tutor pro obtinenda ſupplicat confirmatione, primo praeter pupilli immedietatem oſtendat, vel vigore teſtamenti paterni, quod in originali vel in vidimata copia, addatur, ſe teſtamentarium, vel iure proximae agnationis, legitimum eſſe tutorem. Deinde procurator apponat mandatum ſpeciale ad praeſtandum in animam tutoris iuramentum tutelae, de legitime eadem adminiſtranda ſub obligatione omnium bonorum tutoris (*k*). Inſuper mater tute-

(*k*) Petitum eſt: *Eingangs erwehnten Kindern zu Vormündern gnädigſt*

telam ſibi petens, appoſito inſtrumento doceat, quod ſecundis nuptiis et S&to Velleiano, deſuper certiorata, renunciauerit, de quo iam ſupra (Cap. I. §.XXXI.). Interdum vero alius, vt pupillo conſtituantur tutores, rogat. Sic litigans cum minore, aut mater, aut agnatus pro conſtituendis tutoribus ſeu curatoribus haud raro ſupplicant. quo caſu, aut tutor conſentit, aut non. Si non conſentit, peti debet citatio ad videndum ſe ordinari tutorem, vel nominari curatorem ad litem (*l*). In camera imperiali (*m*) pro confirmatione tutorum, vt proceſſus decernantur, ſequentia attendenda. Qui conſtitui vult tutores I. narrat, maritum vel patrem ſine teſtamento defunctum, vel teſtamento datos tutores, quos petit confirmari. II. Reliquiſſe liberos, qui ſicut parens, immediate imperio ſint ſubiecti. III. petit hos vel illos, tanquam agnatos proximos deſignari tutores. IV. Eos conſenſiſſe, prout habetur *in Gewalt* et documento conſenſus V. offerre *Gewalt* ad iurandum, qui *Gewalt* debet ſigillo proprio aut manu tutoris eſſe ſubſcriptus et ſigillatus, et non ſufficit ſigillum cancellariae et ſubſcriptio quorundam conſiliariorum. VI. Debent tutores cauere et conſtituere ſe ſub hypotheca omnium bonorum. VII. Si mater petat, ſe vna ordinari, debet illa renuntiare ſecundis nuptiis et ſenatus conſulto Velleiano. VIII. Quodſi confirmandus tutelam ſuſcipere nolit, citatio ad videndum ſe conſtitui tutorem impetranda et terminus legalis ad XIV. dies vel vnum menſem abbreuiandus erit (*n*). An vero adhuc hodie puberes pu-

digſt zu verordnen, darüber richterl. decret und Autorität zu interponiren, auch Anwald ad praeſtationem ſolemnium *Krafft ſpecial-Gewalts* ſub A. *gnädigſt zuzulaſſen, und darüber* tutorium in conſueta forma *am gewöhnl. Canzley-Gebühr zu ertheilen.*

(*l*) *Vide Autorem principiorum proces, iudicii aulici* Cap. X. §. 53. p. 91.

(*m*) Vide *praeiudicia cam.* ſub voce *tutela.*

(*n*) *conc. ordinat. camer.* Part. III. tit. 20. §. 16. et tit. IX. §. 6.

pupilli ad praeſtandum in conſtitutionem curatorum conſenſum citari ſoleant, mihi non ſatis conſtat (*o*). Hoc tamen ſcio, minus conuenire iuris patrii principiis, minorum in conſtituendis curatoribus deſiderare conſenſum, dum apud nos non volentibus ſolum, ſed quoque non petentibus et inuitis conſtituantur curatores, omni fere inter tutorem et curatorem differentia ſublata.

§. XI.

Supplica pro impetranda tutelae confirmatione exhibita, aut inter plures ſibi tutelam vindicantes oritur controuerſia, aut ſuper delatione tutelae lis nulla mouetur. Priori caſu, lis orta ante omnia erit diſcutienda, poſteriori vero caſu ſuprema imperii tribunalia in tutoris habilitatem inquirunt, et cauſa cognita ſequitur decretum: Admittatur ad iuramentum Tutorium, ſeu *Auf N. hinterlaſſenen Witben Begehren, und N. N. als zu Vormündern ernannten Bewilligen, ſind ſie ſämtl. ernannten N. nachgelaſſenen minderjährigen Kindern N. N. N. zu Vormündern, doch daſs ſie zuvor, Gelübd, Eyd, Obligation und Renuntiation thun, hiermit verordnet.*

§. XII.

Confirmatione apud nos indigent tutores omnes, ſint cuiuscunque generis, et quidem confirmantur cum inquiſitione in bona, vitam fortunasque (*p*). Idem quoque inter

(*o*) Requiritur hic conſenſus in *praeiudiciis cameral.* voce *tutela* et AVCTOR *principiorum proceſſus iudicii aulici* §. 53. lit. h. ſcribit: *Denique ſi minorenni curator petitur, cum talis inuito haud detur, ſimul de conſenſu minorennis docendum. Alias decernitur: Wofern Supplicant, daß die minderjährige Kinder zu den erbetenen Curatoren ihren Conſens ertheilet, glaublich beſcheinigen wird, ſoll ferner ergehen, was Recht iſt.*

(*p*) LVDEWIG *diſſ. in tutela Attiliana* diſſ. III. n. tt.

telam ſibi peten-
dis nuptiis et
tiauerit, de qu
vero alius, vt p
litigans cum m
dis tutoribus ſ
caſu, aut tutor
debet citatio a
nari curatorem
confirmatione
attendenda. C
patrem ſine te
res, quos petit
rens, immedia
tanquam agr
conſenſiſſe,
ſus V. offer
proprio aut
non ſuffici
conſiliario
hypothec
ordinari
conſulto
ſuſciper
impetr.
ſem al

... mento ...
... iis, eique nulla
... nem, in
... tu. pme-
...

ex fide gerendae naſcitur praeſumtio, non niſi per fortiſſimas eludenda probationes. (*r*).

§. XIII.

Minime vero ſufficit, tutelae confirmationem a iudicio aulico vel camerali eſſe petitam, et decretum de admittendo interueniſſe, ſed ipſa accedere debet confirmatio, praeſtitis a lege praeſcriptis ſolemnibus. Sic de LVDOLFF (*s*): *confirmationem tutelae petitam quidem, ſed quaſi debito ſic eſſet ſatisfactum, neglectam, iudicia teſtantur. Exitu non ſemper proficuo, neque id ego conſulerem. Leui ſane momento aliquid in aula Caeſarea vel in camera enaſci poteſt, repulſam omnino tutor aut tutrix non confirmata habet, quod metuat. Prout vero a priuatorum tutoribus, ſic quoque ab illuſtribus, iuramenti tutorii praeſtationem imperii exigunt tribunalia.* Equidem non deſunt, qui putant (*t*), hocce iuramentum a tutore illuſtri haud eſſe praeſtandum; aſt alia quaeſtio eſt, an hoc iuramentum ab illuſtribus praeſtandum in praxi obtineat? alia, an obtinere debeat? Mihi videtur, illuſtrem exigere conditionem, ne iuramento fidem adſtringere cogantur. Nam fides principum pro iuramento eſt (*u*), et inde, vbi alias a priuatis iuramentum exigi ſolet, electores et principes haud raro expreſſis verbis leguntur excepti. Sic iuramentum calumniae electoribus et principibus remiſſum eſt, quia fortiſſima pro illis fidei praeſumtio militat. In Receſſu imperii

M 2

(*r*) MOSER P. XVIII. p. 313.

(*s*) *de iure feminarum illuſtr.* P. I. §. 27.

(*t*) defendunt hanc ſententiam STRYCK *Vſu mod.* tit. *de adminiſtr. et peric. tutor.* §. 3. MEVIVS Conſil. LXXXVIII. GRIEBNER *princip. iuriſpr. priuatae illuſtr.* p. 174. KEMMERICH *intr. ad ius publ.* L. VIII. c. 6. §. 22.

(*u*) MYLER ab EHRENBACH *in Nomol.* c. 6. CARPZOV *ad Legem Regiam* c. 3. Sect. 8. n. 8.

ter illuſtres locum habere, omnesque illuſtrium tutores praeuia inquiſitione eſſe confirmandos, affirmant plures (q). Et quidem quod ad tutores datiuos, imperii tribunalia facultate inquirendi liberrima gaudere, minime negauerim, aſt quoad legitimam teſtamentariamque tutelam mihi diſtinguendum videtur, an agnatus, vel qui teſtamento datus eſt tutor, ad tutelam gerendam ſit habilis, eique nulla obſtet exceptio, neceſſariam producens excuſationem, an vero inhabilitas eum excuſet neceſſario. Hoc caſu, praeterito agnato inhabili vel teſtamentario, recte alius confirmatur tutor, minime vero illo. Primo enim Romanorum iura confirmationem cum inquiſitione eo ſolum caſu deſiderant, ſi ab extraneo vel a matre in teſtamento ſunt ſcripti tutores, minime vero ſi eos pater conſtituit vel lex tutelam ordinat. Deinde iubent quidem ordinationes imperii politicae, ne quis tutelae ſuſcipiat adminiſtrationem, antequam illa a magiſtratu ſibi ſit demandata, nullibi vero permittunt, praeterito agnato vel teſtamentario tutore, qui habilis ad tutelam exiſtit ſubeundam, alium a magiſtratu confirmari tutorem. Porro, licet in tutelis priuatorum confirmandis multum iudicis arbitrio ſit relictum, aliud tamen exigit tutelarum inter illuſtres ratio. Sunt enim priuatorum tutelae onere magis, quam commodo, et inde tutori legitimo vel teſtamentario ex praeteritione nullum fere praeiudicium. E contrario illuſtrium tutela eſt vſufructuaria, connexa cum prouinciarum regimine magnaque dignitate et inde non ſine graui praeiudicio proximus agnatus, ſeu, qui vocatur ex teſtamento, praeteriri poteſt. Tandem ex conditione illuſtri magna adminiſtrationis ex

(q) SCHILTER *inſtit. iuris publ.* Lib. I. tit. 12. §. 1. de LVDEWIG L. c. nota uu. MOSER *StaatsR.* T. XVIII. p. 313.

ex fide gerendae naſcitur praeſumtio, non niſi per fortisſimas eludenda probationes. (*r*).

§. XIII.

Minime vero ſufficit, tutelae confirmationem a iudicio aulico vel camerali eſſe petitam, et decretum de admittendo interueniſſe, ſed ipſa accedere debet confirmatio, praeſtitis a lege praeſcriptis ſolemnibus. Sic de LVDOLFF (*s*): *confirmationem tutelae petitam quidem, ſed quaſi debito ſic eſſet ſatisfactum, neglectam, iudicia teſtantur. Exitu non ſemper proficuo, neque id ego conſulerem. Leui ſane momento aliquid in aula Caeſarea vel in camera enaſci poteſt, repulſam omnino tutor aut tutrix non confirmata habet, quod metuat. Prout vero a priuatorum tutoribus, ſic quoque ab illuſtribus, iuramenti tutorii praeſtationem imperii exigunt tribunalia.* Equidem non deſunt, qui putant (*t*), hocce iuramentum a tutore illuſtri haud eſſe praeſtandum; aſt alia quaeſtio eſt, an hoc iuramentum ab illuſtribus praeſtandum in praxi obtineat? alia, an obtinere debeat? Mihi videtur, illuſtrem exigere conditionem, ne iuramento fidem adſtringere cogantur. Nam fides principum pro iuramento eſt (*u*), et inde, vbi alias a priuatis iuramentum exigi ſolet, electores et principes haud raro expresſis verbis leguntur excepti. Sic iuramentum calumniae electoribus et principibus remiſſum eſt, quia fortisſima pro illis fidei praeſumtio militat. In Receſſu imperii

(*r*) MOSER P. XVIII. p. 313.

(*s*) *de iure feminarum illuſtr.* P. I. §. 27.

(*t*) defendunt hanc ſententiam STRYCK *Vſu mod.* tit. *de adminiſtr. et peric. tutor.* §. 3. MEVIVS Conſil. LXXXVIII. GRIEBNER *princip. iuriſpr. priuatae illuſtr.* p. 174. KEMMERICH *intr. ad ius publ.* L. VIII. c. 6. §. 22.

(*u*) MYLER ab EHRENBACH *in Nomol.* c. 6. CARPZOV *ad Legem Regiam* c. 3. Sect. 8. n. 8.

perii de A. CIↃIↃLVIII. §. 58. illis, quibus praefectura militiae circularis committitur, iniungitur, fidem iurato polliceri, excipiuntur tamen Electores et principes (*x*). In ordinatione regimenti Wormatienſi de A. CIↃIↃXXI. §. 33. dicitur: *Und ſoll der Statthalter, dergleichen die andere Perſonen des obgemelten Regiments, AVSGESCHEIDEN CHVRFVRSTEN VND FVRSTEN, dieſen nachfolgenden Eyd ſchwören.* Dum igitur Electoribus et principibus absque iuramento militiae circularis imperium committitur, dum iidem ad regimentum imperii nulla iurata profesſione facta ſunt admiſſi, cur iis tutela absque iuramenti praeſtatione demandari non poſſet? Cur illuſtres priuatis deteriores eſſe debent? in plerisque enim prouinciis priuati ad tutelam admittuntur ſimplici promisſione in vim iuramenti facta (*y*) Nec obſtat, quod ordinatio imperii politica iuramentum tutorium generatim requirat; cum haec lex priuatis ſcripta cauſis, illuſtres non aliter, quam ex libera receptione obliget in iis capitibus, in quibus illi ſponte ſe ſubmiſerunt. Interim tamen experientia fere quotidiana docet, omnes, qui exemtionem docere nequeunt, ad huius iuramenti praeſtationem obligari. Formulam iuramenti iam ſupra exhibuimus (Cap. I. §. 31.). Illud plerumque per procuratorem ſolet praeſtari, qui mandato debet eſſe inſtructus. Formula huius mandati quomodo ſit concipienda, exemplum

(*x*) R. I. de A. 1555. §. 58. diſponit: *Pflicht thun, dergeſtalt, daß die, ſo Fürſtliches Standes oder Weſens bey Verſprechung und Zuſagungen ihrer Fürſtl. Würde und wahren Worten gelaſſen: Aber die andere über obgemelts einen leibl. Eyd thun.* Adde *ordinat. Regim.* de A. 1521.

(*y*) SCHILTER *Exercit.* XXXVII. th. 58. BERGER *oecon. iur.* p. 189.

plum docet hic in margine ſubiunctum (z). De praeſtito iuramento fit protocollum:

(z) Exhibet huius mandati formulam AVTOR *principiorum proceſſus iudicii imper. aulici* N. 181. verbis: *Wir N. und N. bekennen und thun kund öffentlich Krafft dieſes. Demnach auf tödlichen Hintritt weyl. N. wir bittlich erſucht worden, die Vormundſchafft über ſeine hinterlaſſene 3. unvogtbare Söhne, N. N. N. zu übernehmen, und wir auch hierin eingewilliget, einfolgl. uns obliegen will, bey höchſtpreißl. Kayſerl. Reichs-Hoffrath ſolcher übernommener Curatel-Pflicht und Eyd abzulegen, auch daſelbſten die Confirmation zu ſuchen, wir aber ſolch förmlich Geſchäfft in eigener Perſon zu verrichten, durch erhebl. Verhinderung abgehalten werden, daß wir derenthalben und zu Beförderung dieſes Wercks, unſere Vollmacht gegeben haben, dem Tit. Herrn N. Reichs-Hof-Raths-Agenten: Ertheilen und geben ihm ſolchemnach in Krafft dieſes Brieffs beſter und unverfänglichſten Form Rechtens, dergeſtalt und mit dieſer extenſion, daß ſelbiger Herr N. entweder ſelbſten, oder per ſubſtitutum in unſern Nahmen, und an ſtatt unſer bey höchſtgemeldten Kayſerl. Reichs-Hof-Rath in gebührenden Gehorſam ſich anmelden, die Curatels-Pflicht in unſere Seel abſtatten und abſchwören, Krafft welcher wir unſern obgedachten 3. N. denen wir gehörter maſſen zu Tutorn und Curatorn erkieſt worden ſeyn, was ihnen Pupillen gut und nützlich iſt, thun, und was ſchädlich, unterlaſſen und verbiethen, das Vermögen und Perſohnen zu ihren Nutzen in guten Glauben und Treuen vertretten und in beſten verſehen, inventarium von ihren Haab und Güthern machen, unſrer Adminiſtration und Handlung halber zu gebührender Zeit mit erforderlicher Rechnungs-Abſtattung auch unumgängiger Ueberlieferung deſſen, ſo der Vormundſchafft halber zu unſern Handen kommen, und ihnen pupillen zuſtehet, oder wir ihnen ſchuldig verbleiben, als Vermög der Policey-Ordnung getreuen Tutoren und Curatoren gebühret, leiſten und thun wollen und ſollen, auch nachgehends die Ausfertigung und Ausſtellung der Confirmation, und des Curatel Briefs bitten, und zu überſchicken empfangen, auch was ſonſt dabey zu obſerviren, thun und zu verrichten, bewürcken ſolle, nicht anders, als was wir zugegen und perſönlich hätten thun oder ver-*

Lunae 7. Martii 1746.

Sachſen Hildburghauſiſche Vormundſchafft betreffend ſiue *der verwittibten Frau Herzogen Carolinae zu Sachſen Hildburghauſen Anwald, Andreas Gottlieb von Fabrice* praeſtitit iuramentum tutorium.

Arnold Henrich von Glandorff.

§. XIV.

Iuramentum tutorium regulariter per procuratorem poteſt praeſtari (§. XIII.). Minime tamen procurator admittitur, ſi tutor in aula imperatoria praeſens eſt. Exſtat de hac re decretum imperatorium de die XXVI. Febr. CIↃ IↃCC XIV. verbis: *Von der Röm. Kayſerl. Maj. unſern allergnädigſten Herrn, denen ſämtlichen bey Dero Kayſerl. Reichs-Hoff-Rath aufgenommenen Agenten und Procuratoren hiemit in Gnaden anzudeuten: Was maſſen allerhöchſt-gedachter Ihrer Kayſerl. Maj. vorgekommen, wie daſs einige Jahre her mehrentheils in Abgang gerathen, daſs die bey Dero Kayſerl. Reichs-Hoff-Rath abzulegen geweſte, ſowohl Lehen- und Tutel- als auch andere gerichtliche iuramenta, obſchon die Partheyen in Perſon ſich alhier befinden, dannoch dieſelbe nicht perſönlich, ſondern durch ihre darzu bevollmächtigte Agenten und Procuratoren, abgelegt worden ſeyn. Wann nun allerhöchſt-gedachte Ihre Kayſerl. Maj. ſolches nicht nur gegen die vorher geweſte alte Obſervanz dieſes Dero allerhöchſten Kayſerl. Gerichts, ſondern auch der demſelben gebührenden Autorität und Hochachtung zuwider zu ſeyn erachtet, und ſolches hinführo in alle Wege abgeſtellet und geändert wiſſen wollen; Als haben dieſelbe anheut allergnädigſt reſolvirt und*

verrichten können oder mögen, und zwar dieſes alles cum clauſulis, rati, indemnitatis reliquisque omnibus et ſingulis ad hoc ſufficientibus. *Deſſen zu mehrer Beglaub- und Bekräfftigung haben wir uns eigenhändig unterſchrieben, und unſere angebohrne Signete wiſſentlich vorgedruckt. So geſchehen etc.*

und verordnet; daſs von nun an und in das zukünftige, bey allen ſich ergebenden Fällen, ſo-offt die Partheyen, welche ein- oder andern Leben-Tutel- oder ſonſten anderen Eyd abzulegen haben und ſich perſönlich alhier befinden, dieſe ohne Unterſcheid ihres Standes oder Sexus ſelbſten in Perſon und nicht per procuratores, iuramenta praeſtiren, auch in ſolchen Fällen, wo Leben-Eyd abzulegen ſeynd und ein oder andrer dabey mitbelehnter Agnatus alhier in loco vorhanden wäre, die Gewalte auf den oder dieſelbe eingerichtet, und ſodann von dieſem in Perſon der Leben-Eyd abgenommen werden ſolte. Welcher allergnädigſter Kayſerl. Wille und Entſchlieſſen ihnen, ſämtlichen Reichs-Hoff-Raths-Agenten und Procuratoren, zu dem Ende und mit dem allergnädigſten Kayſerlichen Befehl in Krafft dieſes zur Wiſſenſchafft gebracht wird, damit ſich ein jeder derſelben darnach zu richten und denen Partheyen zeitlich davon Nachricht geben könne.„ Facit huc concluſum iudicii Aulici de die IX. Ian. CIↃ IↃCC XXXIII. de obſeruantia dicti decreti imperatorii teſtans: verbis: *Würde Herr Fürſt Joſeph Wentzel von Lichtenſtein zu Folge Ihro Kayſerl. Maj. an Dero Kayſerl. Reichs-Hoffrath untern 26. Febr. 1714. allergnädigſt ergangenen Decrets die Vormundſchafftl. Pflicht bey Kayſerl. Reichs-Hoffrath in Perſon ablegen, weshalben ſich derſelbe gehörigen Orts forderl. zu melden hat, ſo folget* in puncto confirmationis tutelae *ferner was ſich gebühret.* Interim tamen in hoc quoque caſu facile diſpenſatio poteſt impetrari.

§. XV.

Ante vero quam ad iuramenti praeſtationem tutor admittitur, cancellariae Taxa eſt ſoluenda. Quae pro conditione perſonae variat. Plerumque ſequens eſſe ſolet.

Tuto-

Tutorium *von Fürſtl. pupillen* - - -	*100 fl.*
iura - - - - - - -	*30 fl.*
Gräfl. pupillen Tutorium - - -	*60 fl.*
- - iura - - -	*20 fl.*
Freyherrl. pupillen Tutorium - -	*60 fl.*
- - - iura - -	*8 fl.*

§. XVI.

Denique imperii tribunalia a tutoribus exigunt cautionem rem pupilli ſaluam fore (*a*). Cum ao. CIƆIƆCLXXV. Chriſtiana Eliſabetha Friderici comitis in Naſſau vidua in camera tutelae confirmationem peteret, decretum eſt: *Noch zur Zeit abgeſchlagen, woferne ſupplicant einen verbeſſerten Gewalt, dem cautio rem pupilli ſaluam fore einverleibet ſey, vorbringen wird, ſoll darauf ergeben was Recht iſt.* Minime vero a tutore illuſtri ſatisdatio requiritur, ſed nuda ſufficit oblatio omnium bonorum in hypothecam (*b*). Imo haec cautio, non tam quoad iuris effectus alicuius momenti eſt, quam potius ſolum ſolennitatis rationem habere videtur. Et inde non deſunt, qui putant illuſtres tutores plane non ſatisdare (*c*).

§. XVII.

Praeſtitis igitur iis, quae ex conſuetudine imperii tribunalium ſunt praeſtanda, ſequitur petitum tutorium vel curatorium in forma ſolemni. In cancellaria aulae imper. duplex vſu ſeruatur tutoriorum vel curatoriorum formula. Concipiuntur enim vel in forma patente vel in forma re-

(*a*) Singulare eſt, quod a Blanca Ludouici VIII. vidua Ludouici IX. adhuc minorennis tutrice ſatisdatio, de re pupilli ſaluae conſeruanda, fuerit exacta. vide ſupra Parte V. Cap. IV. Sect. II. §. 33.

(*b*) STRYCK. *Vſ. M.* Lib. 26. tit. 7. §. 11.

(*c*) MASCOV *in princ. iuris publ.* Lib. VI. cap. VI. §. 15. GRIEBNER *princip. iurispr. priuatae* p. 175.

reſcripti. Prioris generis exemplum ſit ſequens tutorium: *Wir Carl der Sechſte - - bekennen öffentlich mit dieſem Brieff, und thun kund allermänniglich: Daſs uns der Hochgebohrne Carl Friedrich, Herzog zu Würtenberg etc. Unſer lieber Vetter und Fürſt, unterthänigſt zu vernehmen gegeben, was maſsen der auch Hochgebohrne Carl Rudolph, Herzog zu Würtemberg etc. Unſer lieber Vetter und Fürſt, die bisanhero geführte Adminiſtration des Herzogthums Würtemberg und darzu gehörigen Landen und Ober-Vormundſchafft des von weyland dem Durchlauchtig-Hochgebohrnen Carl Alexander, Herzogen zu Würtemberg etc. Unſerem lieben Vettern und Fürſten hinterlaſſenen minderjährigen Landes-Fürſten, Carl Eugeni, Herzog zu Würtemberg etc. und übriger Fürſtlicher Pupillen, benanntlich, Ludwig Eugeni, Friedrich Eugeni, und Auguſten Eliſabethen, in Anſehung ſeines bereits erlebten hohen Alters von ſich gegeben und ihme als proximo Agnato überlaſſen, er auch, nachdeme wir als Römiſcher Kayſer und Obriſter Vormund im heiligen Reich ſolche vorgegangene Adminiſtrations- und Ober-Vormundſchaffts-Veränderung bereits gnädigſt genehmet, dieſelbe zu übernehmen ſich entſchloſſen hätte; Mit gehorſamſter Bitte, wir ſotbane übernommene Adminiſtration und Ober-Vormundſchafft zu confirmiren und zu beſtättigen, dann ihne zur Ablegung der gewöhnlichen Adminiſtrations- und Ober-Vormundſchaffts-Pflichten zuzulaſſen gnädigſt geruhen wolten; Das haben wir angeſehen, ſolch ſeiner Lbden gethane ziemliche Bitte, und darum mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath und rechten Wiſſen als Römiſcher Kayſer und Ober-Vormund im heiligen Römiſchen Reich obberührte übernommene Adminiſtration und Ober-Vormundſchafft gnädiglich confirmiret und beſtättiget, thun das, confirmiren und beſtättigen auch ſolche Adminiſtration und Ober-Vormundſchafft hiemit von Röm. Kayſerl. Macht, Vollkommenheit, wiſſentlich in Krafft dieſes Briefs, und meynen, ſetzen, ordnen und wollen, daſs Se. Lbd. obbenanter Fürſtl. Pupillen Ober-Vormund und Adminiſtrator des Herzogthums Würtemberg und darzu gehöriger Lan-*

den und Leuten ſeyn, von männiglich dafür erkannt, geehrt und gehalten werden Se. Lbd. aber als Adminiſtrator und Ober-Vormund, was denen Pupillen und derenſelben Land und Leuten gut und nützlich, thun und handeln, was unnütz und ſchädlich, unterlaſſen und verhüten, deren Vermögen und Perſon in guten Glauben und Treuen vertreten und im Beſten verſehen, Inventarium von ihren Haab und Güthern machen laſſen, wegen der Adminiſtration und Handlung zu gebührender und rechter Zeit-Rechnung thun, mit vollkommener Ueberlaſſung deſſen, ſo der Adminiſtration und Ober Vormundſchafft halber zu Sr. Lbd. Handen kommen, und denen Pupillen zuſtehet, oder ſie ihnen ſchuldig bleiben, ſonſten auch all dasjenige thun ſollen, was getreuen Adminiſtratorn und Ober-Vormündern denen Reichs-Satzungen und dem Herkommen nach zuſtehet und gebühret; Auch ſie ſolches gegen GOtt den Allmächtigen am Jüngſten Gericht vermög der uns an Sr. Lbd. ſtatt durch unſern und des Reichs lieben Getreuen Daniel Hieronymum von Praun, Agenten an unſerm Kayſerl. Hoff geleiſteten Adminiſtrations- und Ober-Vormundſchaffts-Pflichten zu verantworten ſich getrauen, getreulich ohn Argliſt und Gefährde: Und gebiethen darauf allen und jeden Churfürſten, Fürſten, geiſt- und weltl. Prälaten, Graffen, Freyherrn, Herren, Ritter, Knechten, Hauptleuten, Amtleuten, Vitzdom, Vogt Pflegern, Verweſern, Schulthaiſen, Burgermeiſtern, Richtern, Räthen, Bürgern, Gemeinen, und ſonſt allen andern unſern und des Reichs Unterthanen und Getreuen, was Würden, Standes und Weſens die ſeyn, ernſtlich und veſtiglich mit dieſem Brieff, und wollen, daſs ſie obgedacht von uns alſo hiermit beſtätigten Ober-Vormund an würckl. Vertrett und Verwaltung der Vormundſchafft, und was derſelbigen anhängig, nicht hindern, noch irren, ſondern dieſelbe ganz ruhig und unangefochten verrichten laſſen, ihn hierwider nicht kümmern, noch beſchweren, noch ſolches jemands anders zu thün, geſtatten, als Lieb einem jeden, iſt unſere und des Reichs ſchwere Ungnad und Straf zu vermeiden: das meynen wir, ernſtlich mit Urkund etc. Quoad inferiores,

ſta-

ſtatus ſequens adhibetur formula: *Wir etc. entbiethen etc. unſere Kayſerl. Gnad und alles Gutes. Hochgebohrne etc. demnach weiland D. Lbd. und deren Reſp. Ehemann und Bruder - - den 19. Aug. nechſtverwichenen - - Jahres Todes verſchieden, und mit Dero Lbd. zwey Söhne und fünf Töchter, Nahmens N. N. ehelich erzeigt und hinter ſich verlaſſen, ſo theils minderjährig, theils noch unmündig, deren Vormundſchafft De Lbd. und Du zu übernehmen entſchloſſen, etc.* (d)

§. XVIII.

Simili modo in camera imperiali tutoria et curatoria praepoſito imperatoris nomine et quidem vel in forma patenti vel in forma reſcripti expediri ſolent, ſubſcriptio vero fit ab adminiſtratore cancellariae ſimul cum imperialis camerae protonotario. Formulam curatorii, quod Anno CIↃIↃCXC, tutoribus Guſtaui comitis Saynenſis fuit datum, iam ſupra exhibuimus (e).

§. XIX.

Illuſtrium tutores indigent confirmatione. Iam vero perſonae illuſtres aut ſtatuum imperii qualitate ſunt decorati, aut non ſunt in numero ſtatuum. Hi a magiſtratu, cui pupillus ratione domicilii ſubeſt, impetrare tenentur confirmationem. Illi vero tutorem feudalem regulariter a domino directo accipiunt, tutor vero allodialis, cui etiam terrarum feudalium adminiſtratio competit, ab imperatore confirmatur (Cap. I. §. XXXVIII.), niſi forſan ob diffuſum pupilli patrimonium ad mediatarum terrarum adminiſtrationem curator conſtituatur, qui non aliunde, quam a domino territoriali confirmationem obtinere obligatur (f).

(d) integram vide formulam apud LVNIG *ſpicil. faecul.* p. 1304.
(e) cap. I. §. XXXV.
(f) L. 15. D. *de teſtam. tutel.* L. 27. *de tutor. datiuis.*

§. XX.

A publica igitur approbatione tutoris curatoriſue pendet officium. Hinc tutor vel curator adminiſtrationi tutelae ſe ante immiſcere non debet, quam a magiſtratu fuerit confirmatus, ita vt actus ante confirmationem geſti nulli ſint careantque viribus (*g*). Aſt tutores illuſtrium confirmationem raro expectant, potius plerumque iam ante confirmationem tutelae ſuſcipiunt adminiſtrationem. Et excuſari poteſt praepoſterata haecce adminiſtratio. Nam plerumque iis in caſibus, vbi tutela terrarum adminiſtrationem habet coniunctam, periculum eſt in mora et magna ſaepe mala naſcerentur prouinciae, ſi eius regimen vsque ad tutelae confirmationem quieſcere deberet. Confirmatio vero non eſt expectanda, quoties pupillo ex mora periculum imminet (*h*), maxime dum illuſtri tutori legitimo vel per teſtamentum dato, modo inhabilitatis exceptio ei non obſtet, confirmatio denegari nequeat. Deinde vt inter priuatos, ſic quoque inter illuſtres ante confirmationem tutor pro pupillo in iudicio agere nequit, ſed ſuam per tutorium ſeu curatorium legitimat perſonam (*i*). Denique et tacita hypotheca, quae pupillis in bonis tutoris competit, incipit demum a die confirmationis (*k*).

CAPVT

(*g*) MYNSINGER lib. II. obſ. 37. SCHRADER *de feudis* Part. X. ſect. 20. n. 109.

(*h*) GVTTIEREZ *de tutelis* c. V. n. 10. BOERIVS *deciſ.* 124. n. 9. LVDEWIG diff. *in tutela Attiliana* diff. 2. not. mm

(*i*) LVDOLFF *de iure femin. illuſtrium* P. I. §. 27. BERGER *oeconomia iuris* Lib. I. tit. 4. §. 2.

(*k*) BERGER l. c. de LVDEWIG diff. in *tutela Attil.* diff. 2. not. nn

CAPVT III.

DE

EXCVSATIONIBVS TVTORVM VEL CVRATORVM VOLVNTARIIS ET NECESSARIIS

AVCTORE

D. IO. AVG. HELLFELD.

SVMMARIA.

§. I.

Raro quidem per excuſationes tutelam declinare ſolent illuſtres, aſt interdum tamen hoc fieri ſolet.

§. II.

Differentia inter excuſationes neceſſarias ac voluntarias docetur ac ſimul monſtratur, illuſtres fere ſemper excuſationibus vti poſſe voluntariis.

§. III.

Intra quem terminum excuſationes ſint allegandae.

§. IV.

An neceſſario in iudicio excuſatio fieri debeat.

§. V.

Excuſationem neceſſariam habent inhabiles, quales ſunt, qui ipſi rebus ſuis praeeſſe nequeunt.

§. VI.

Inde quaeritur, an is, qui veniam aetatis eſt conſequutus, fratrum minorennium tutelam ſuſcipere queat?

§. VII.

An feminae ad tutelam ſint inhabiles?

§. VIII.

An clerici ad tutelam admittantur publicam?

§. IX.

An priuatus ſcribi ſeu dari queat tutor, maxime quoad prouinciarum adminiſtrationem?

§. X.

Quatenus exteris principibus deferri queat tutela.

§. XI.

Is qui diuerſam a pupillo religionem

thüten Ihro Kayſ. Maj. deſſelben Entſchuldigung in allerhöchſten Kayſerl. Gnaden annehmen, folglich ihn von dieſer aufgetragenen Vormundſchafft hiemit allergnädigſt befreyen.

Porro ſe quoque excuſabat comes in Hohenlohe Ingelfingen, de quo ſequens concluſum:

Ponatur. *Die alleruntertbänigſte Excuſation des Grafens zu Hohenlohe-Ingelfingen ad Acta und wird derſelbe ex adductis iuſtis cauſis der aufgetragenen Mit-Vormundſchafft hiemit gnädigſt entlaſſen.* Fiat nunc *die gebetene Uebertragung der* Contutelae qu. *auf den Grafen zu Leiningen-Güntersblum.*

Deme zu Folge et cum huius notificatione reſcribatur eidem: *Kayſerl. Maj. verſehen ſich gnädigſt, es werde derſelbe die ihm committirte Mit-Vormundſchafft nicht allein ohnweigerlich übernehmen, und darinn ſeinen willfährigen Gehorſam Kayſerl. Maj. forderſamſt anzeigen, ſondern auch einen Mandatarium zu Leiſtung derer gebührlichen Vormundſchaffts-Pflichten,* rite *und längſtens binnen 2. Monathen conſtituiren.* „

§. III.

De termino, intra quem excuſationes ſunt allegandae, ſic loquitur a PÜHEL (*c*): *Hinc a nobis iam terminus iſtius temporis legitimi erit denominandus. Eſt vero ille de iure ciuili Romano ſpatium quinquaginta dierum a tempore cognitionis computandum, intra quod excuſationis cauſa proponenda* §. qui autem, vb. I. de Excuſat. L. ſcire oportet, 13. §. multa vero. 1. ff. eod. †. *Qua propoſita, ſuperſunt adhuc alii ſeptuaginta 13. dies ad eandem proſequendam, et ita in vniuerſum quatuor menſes, intra quos tota Excuſationis controuerſia finienda,* L. quinquaginta, 38. ff. d. tut. †. *Si vero contingeret, vt iſte, qui tutor datus, non in ipſo loco, quo datus fuit, nec intra centum milliaria Italica, quae 25. Germanica efficiunt, illius loci degat, ſed vltra iſtud ſpatium domicilium ſuum conſtitutum habeat; tunc*

(*c*) de tutelis Elect. et princip. cap. XI. n. 12.

tunc terminus ante memoratus 50. dierum extendebatur, et in vnam quamque diem 20. milliaria Italica ſiue 5. Germanica adiectis inſuper 30. diebus numerabantur. † *Et haec iuris ciuilis ſanctio quamuis reſpectu excuſationis proponendae in Tutoribus quoque illuſtribus procedere poſſit;* † *Ceſſat tamen ipſius robur reſpectu excuſationis proſequendae ſiue finiendae, idque propter proceſſus varietatem, qui quoad* IVDICIVM AVLICVM ET CAMERALE *in multis aliter ſe habet, ac proceſſus in foro Romano vſitatus.* † *Proinde licet praedicta excuſationis proſecutio vltra 4. menſes ſe extendat, nihil tamen tutori regulariter imputandum erit, niſi conſtet, eum ipſummet quandam protractionis cauſam dediſſe.* Hodie a iudice certus praefigitur terminus, intra quem excuſationes ſunt allegandae ſub poena deſertionis. Si nullus praefixus eſt terminus, ſemper adhuc opponi queunt immunitatis cauſae.

§. IV.

Minime vero ſufficit aliquem reuera excuſationes habere, ſed potius illae ſunt allegandae. Et quidem allegari debent regulariter apud iudicem, qui tutelam defert. Attamen et hoc inter illuſtres non adeo curate obſeruatur, dum haud raro, quoad declinationem tutelae teſtamentariae et legitimae excuſationes coram pupilli matre ſeu agnatis allegatae immunitatem operantur. Hinc cum Erneſtus Fridericus Dux Saxo-Hildburghuſanus liberorum ſuorum cotutelam ſereniſſimo Duci Saxo-Coburgico hodie clementiſſime regenti per teſtamentum detuliſſet, hic litteris ad ſereniſſimam viduam et cotutricem datis ſe excuſabat (*d*), et de-

(*d*) Verba haec ſunt: *mögen wir annebenſt Ew. Liebd. Freund vetterlich nicht bergen, welchergeſtalt wir in vollkommener Anerkennung Ew. Lbd. zu glücklicher und geſegneter Führung der alleinigen*

deinde ſola mater abſque cotutore fuit confirmata, nec inuenio, in iudicio aulico Coburgicum Ducem, ſuas propoſuiſſe excuſationes.

§. V.

Excuſationem neceſſariam habent omnes, qui ad tutelam gerendam ſunt inhabiles. Sunt vero inhabiles, primo illi, qui ſuis rebus ipſi ſupereſſe nequeunt, et aliorum ſubſunt tutelae ſeu curae. Hinc ad tutelam non admittuntur, furioſi, mente capti. Excluduntur quoque pupilli, vel minores, dum iuſtae aetatis eſſe oporteat, qui terrarum regimini praeeſſe volunt. Eſt vero tutor iuſtae aetatis, quando tot annos habet, quot requiruntur ad ſubeundum prouinciarum regimen. Conſiſtit enim tutela publica in regimine prouinciarum. Qui ad regendas prouincias admittitur, is quoque ad tutelam publicam, et multo magis

gen Vormundſchafft und Landes-Regierung beſitzenden hohen Eigenſchafften, und vor Dero Herrn Sohns und Erb-Printzens Lbd. hegenden Fürſt-mütterlichen Liebe und Vorſorge gäntzlich davor halten, daſs Ew. Lbd. nach Anrath, dero Herrn Schwagers Lbd. ſothaner alleinigen Vormundſchafft ſich gar wohl unterziehen können, und einiges Mit-Vormundes keinesweges bedürffen, ſondern bey alleiniger Curatel, ſowohl der beſchwerlichen Communication, als mehrerer damit verknüpften Inconvenientien, um ſo füglicher überhoben bleiben können, als Ew. Lbd. mit einem geſchickten und erfahrnen Miniſterio jetzo verſehen ſind. Wie wir denn, die uns gütigſt zugedachte Mit-Vormundſchafft, wenn auch ſolche gleich in cura honoraria *beſtehen ſolte, dennoch vorangezeigter Urſachen wegen nicht nur vor überflüſſig halten, ſondern auch ſowohl in Anſehung unſerer eigenen beſchwerlichen Regierungs-Geſchäffte, als in Anbetracht, der von Seiten des Printz Ludwig Friedrichs Lbd. geäuſſerten Sentiments Ew. Lbd. ergebenſt erſuchen, uns mit ſothaner Curatel geneigteſt zu verſchonen. Immaſſen wir dieſes nicht nur danckmüthigſt erkennen, ſondern auch Ew. Lbd. zu alleiniger Vormundſchafft und Regierung alles Glück und Gedeyhen anwünſchen.*

gis ad priuatam ſuſcipiendam erit habilis. Si igitur in quibusdam familiis principi regenti ad capeſſenda imperii gubernacula XVIII. anni ſufficiunt, tutor quoque XVIII. annos natus adminiſtrationis erit capax (*e*), prout in tutore electorali XVIII. annos ſufficere putarem (*f*). Si in aliis annus vigeſimus primus maiorennitatis eſt terminus, agnatus vnius et viginti annorum a tutela quoque excludi nequit. Tandem, ſi in quibusdam familiis maiorennitas ex iure Romano aeſtumatur, tutoris quoque iuſta aetas ex iure Romano erit definienda (*g*).

§. VI.

Minores ad tutelam ſuſcipiendam ſunt inhabiles (§. V.). Fiunt tamen habiles per veniam aetatis. Hinc frater ſenior, poſtquam aetatis veniam eſt nactus, fratrum ſuorum minorum tutelam ſimul adipiſcitur, dum enim ipſi regimen prouinciae concedatur, facilius admitti poteſt ad ea, quae adhuc minoris ſunt (*h*). Sic Mauritius Fridericus, comes Hohenloicus, impetrata ab imperatore aetatis venia, fratrum minorennium ſuſcepit tutelam, licet in caeſareo diplomate, quo data ei aetatis venia, nulla huius rei facta fuerit mentio (*i*). Fridericus II. Dux Saxo-Gothanus poſt veniam aetatis ſibi ab imperatore conceſſam fratris minoris tutor exſtitit. Carolus Eugenius Dux Wurtebergiae ho-

(*e*) RHETIVS *in inſtitut. iuris publ.* L. I. cap. 7. §. 12.

(*f*) GRIEBNER *ad A. B. Caroli IV Saxon.* p. 69. *Quae aetas ad ſuſcipiendam tutelam requiratur? Bulla noſtra non definit. Vero ſimile eſt, annos XVIII. etiam Tutori ſufficere, quia ſatis ſunt* filio Electoris.

(*g*) B. STRVVE *corpore iuris publ.* cap. XIII. §. 8. p. 476. ILL. MOSER *StaatsR.* P. XVIII. p. 252.

(*h*) PFEFFINGER *Vitriario Illuſtrato* T. III. p. 126.

(*i*) B. KEMMERICH *in introd ad ius publ.* L. VIII. c. V. §. 20. TITIVS *in ſpec. iuris publ.* Lib. IV. c. VI. §. 18.

hodie regens, licet ſedecim ſolum annorum eſſet, impetrata aetatis venia fratrum ſubiit tutelam. Equidem ſunt, qui contrariam tuentur ſententiam (*k*). Eorum argumenta huc redeunt: Primo minoribus veniam aetatis ad hoc concedi, vt de propriis rebus liberius diſponere valeant, non vero, vt ad aliorum tutelam accedere posſint. Deinde quandocunque ad aliquod negotium, vti hic ad tutelam ſuſcipiendam, perfecta requiritur aetas, non ſufficere ciuilem, ſed naturalem requiri, quae 25. annorum curriculis completur. Praeterea vt quis tutelam ſuſcipere poſſit, praeter alia etiam neceſſe eſſe, vt res eius plenisſimo iure hypothecae obligari posſint, hoc vero de bonis illorum immobilibus, qui veniam aetatis impetrauerunt, leges negare. Aſt parum ponderis habent haecce argumenta. Nam quoad primum, qui proprias regere poteſt prouincias, habilis quoque eſt, aliorum terris tutorio praeeſſe nomine. Quoad ſecundum, falſum eſt, quod in ſuſcipienda tutela maiorennitas naturalis requiratur, potius ſi leges ciuiles negotiis certum praefigunt terminum, ciuiliter quoque aetas eſt conſideranda, et inde quoque maiorennitas ciuilis aliquem reddit habilem ad tutelam ſubeundam. Tandem falſa eſt aſſertio, quod ſtatus imperii poſt veniam aetatis bona ſua oppignerare nequeant, dum potius libere de ſuis diſponant rebus (*l*).

§. VII.

Simili modo feminae a tutela arcentur. Equidem iure naturali feminae tutelae munere haud interdicuntur, aſt

(*k*) PFEFFINGER *Vitriario illuſtr.* T. III. p. 126. BESOLD. *in delibatis iuris* ad lib. I. tit. 4. LAVTERBACH *diſſ. de bonor. Tut.* §. 17.

(*l*) Adde DE LVDEWIG differ. I. R. et G. *in tutelis maternis* diff. VIII. n. u u et in *opuſc. Miſc.* T. II. p. 1142.

aſt Romani tutelam muneris publici rationem habere credentes, feminas, ſicuti generatim a muneribus publicis, ſic quoque a tutela excluſerunt. Eadem quoque inter illuſtres locum inueniunt principia, ita, vt quamuis pater teſtamento ſororem vel cognatam ſuam ſcribat tutricem, haec tamen diſpoſitio absque ſpeciali diſpenſatione imperatoris haud ſubſiſtat. Talem vero diſpenſationem aliquando interuenire, obſeruat STRYCK (*m*) verbis: *Et huius rei praeſens exemplum in praeſenti Duce de Mirandola* FRANCISCO MARIA *nato 30. Sept. 1688. qui amitam ſuam magnam* BRIGITTAM *tutricem habet; Et hoc in aliis familiis illuſtribus pariter ab imperatore impetrari poſſe, nullus dubito, praeſertim, ſi principis defuncti diſpoſitio teſtamentaria concurrat; qui ſine dubio ipſam tutricem conſtituendo, ſatis prudentiam huius foeminae perſpectam habuit. Simile exemplum in imperio contigit in cauſa des Edlen N. von Weſternachs ſeel. hinterlaſſener Kinder Vormünder, nemlich H. B. Erbmarſchalck zu Pappenheim, E. von Weſternach, und Jungfrau Suſanna Marſchalken*, vbi, cum dati tutores in teſtamento peterent confirmationem in Camera, et narraretur, *daſs* dicta *Suſanna ihnen den* pupillis, tanquam ſoror matris liberorum pro matre deputirt, *auch in die 10. Jahr* defuncto patre *B. von W. und Jungfrau S. M. S.* dati tutores *die Hauſshaltung adminiſtrirt, die Kinder als eine Mutter aufgezogen, und deswegen als tutrix mit zu verordnen*, concluſum eſt, quod ſic, vti ex GYLMANNO refert WIBEL. de *contract. Mulier.* cap. 2. paragr. V. n. 20. pag. 87. Exceptio vero eſt quoad matrem ac auiam, quippe quae tam ex teſtamento, quam ex lege tutrices eſſe queunt. (Cap. I. §. XV. ſeq.).

(*m*) *de tutela Materna* Cap. II. §. 2.

§. VIII.

An clericus tanquam tutor ſeu curator terras adminiſtrare queat ſaeculares, extra omne dubium haud eſt poſitum. Equidem quoad electoratus iuris videtur expediti, quod elector ſaecularis impuber in tutela electoris clerici agnati eſſe haud poſſit (*n*). Saltim hoc docet A.B. Caroli IV. (*o*) ibi: *Si principem Electorem, ſeu eius primogenitum, aut filium ſeniorem,* LAICVM *mori et haeredes maſculos legitimos* LAICOS *defectum aetatis patientes relinquere contigerit, tunc frater ſenior eiusdem primogeniti tutor eorum et adminiſtrator exiſtat, donec ſenior ex eis legitimam aetatem attigerit.* Interpretantur dubium A. B. ſenſum Bullae Saxonicae Metenſis (*p*), et Aquisgranenſis (*q*). Illius verba ſunt: *Quod ſi aliquem ex iis modo praemiſſo, ab hac luce migrare contigerit, qui maſculini ſexus haeredes legitimos* LAICOS *poſt ſe relinqueret, debitae patientes aetatis defectum, ex tunc ſenior frater nepos aut conſanguineus, proximior in linea geniturae* - - LAICVS *duntaxat, dicti pupilli et iuuenis* - - *de iure tutor eſſe debet et curator etc.* Eadem Germanice habet Bulla Aquisgranenſis: *Verſtürbe auch einiger von inen, der rechte Erben, Manns Geſchlechts, Leyen hinter ſich lieſſe,* - - *die zu ihren rechten Jahren oder Alter nicht kommen wären, ſo ſoll des Verſtorbenen älteſter Bruder* - - *der Leye ſey* - - *von Recht daran und andern Sachen Vormünder und Verweſer ſeyn.* Confirmant inſtituta domus Brandeburgicae, quod filii ſacris ordinibus maioribus initiati, neque quisquam eorum ſacro ordini adſcriptus, tutela electorali vnquam potiatur (*r*). Si-

(*n*) ILL. ESTOR diſſ. *Num Elector ſaecularis impuber ſit in tutela electoris clerici agnati?*

(*o*) Tit. VII. §. 4.

(*p*) GRIEBNER *ad A. B. Saxon.* p. 81. et 90.

(*q*) L. cit. p. 95.

(*r*) Vide ILL. BOEHMER Parte Reſp. 43. n. 82. et 85. p. 270. adde ſupra P. V. cap. V. §. 54.

Simili modo in domo Palatina Electoris tutor clericus eſſe nequit, prout docet Bulla Sigismundi ao. CIƆCCCC XIV. data (*s*). An vero quoad reliquos Germaniae principatus comitatusque clerici a tutela arceantur publica, inter ICtos non conuenit. Sunt qui indiſtincte clericos ab illuſtrium excludunt tutela, eam ob cauſam, quod fundamentum tutelae ſit ſuccesſio, clerici vero a ſuccesſione in feuda regalia ſint excluſi (*t*). Alii indiſtincte clericos admittunt ad tutelam publicam, eamque in rem ad exempla prouocant. Sic WIPPO (*u*): *Treuirenſem Archiepiſcopatum gubernauit Poppo, frater Erneſti ducis* (*Sueuiae*) - - *qui* - - *filium fratris ſui, ducem Erneſtum cum ducatu Alemannico ſub tutela habuit.* Pariter Warmannus, Conſtantienſis Praeſul, tutor erat Hermanni iunioris Sueuiae ducis (*x*). Anno CIƆCCCXI. imperator Henricus VII. filio ſuo Ioanni regi Bohemiae tutorem conſtituit Petrum Antiſtitem Moguntinum (*y*). Praeter haec alia quoque exempla praeſulum, qui tutelam publicam habuerunt, exhibet ILL. ESTOR (*z*), cuius verba hic addimus: Hermannus Hasſiae Landgrauius, creatus antiſtes Colonienſis, et tutor Paderbornenſis eccleſiae deſignatus, curam Gui-

(*s*) Vide ſupra Parte V. Cap. V. §. 58. ibi: *Quodſi aliquem ex iis modo praemiſſo ab hac luce migrare contigerit, qui maſculini ſexus haeredes* - - *relinquet* - - LAICVS *duntaxat dicti pupilli ei de iure tutor eſſe debet.*

(*t*) DE LVDEWIG *de clerico ſucceſſionis exule in feuda et principatus imperii.*

(*u*) *in vita Conradi Salici* p. 423.

(*x*) quod itidem teſtatur WIPPO L. c. p. 43.

(*y*) teſte MELCHIOR GOLDASTO HAIMINSFELD de *regni Bohemiae iuribus* Libro VI. cap. XVIII. p. 1172.

(*z*) diſſ. *num Elector ſaecul. impuber ſit in tutela Electoris clerici agnati* p. 53.

Guilielmi ſenioris et Guilielmi medii, landgrauiorum H., minoris adhuc aetatis, non omiſit, teſte V. C. IOANNE ADOLPHO HARTMANNO cap. XI. §. 23. pag. 207. hiſtoriae Hasſiacae. Comprobant hoc etiam tabulae, quarum partem habes, in opuſculo *de comitiis Hasſiae prouincialibus* §. 16. p. 13. quod ſub PRAESIDIS auſpiciis defendit V. C. IOANN. GVIL. FECH.

II. Guilielmum Batauum, Germanorum regem, Otto Traiectinorum antiſtes, idemque patruus, nondum ſeptennem educare coepit circa annum CIↃCCXXXIV. et per ius poteſtatemque tutelae prouinciam adminiſtrauit, perhibentibus RENERO SNOIO *de rebus Batauicis* libro VII. pag. 88. IOANNE ISAACO PONTANO lib. VI. *Hiſtoriae Gelricae* pag. 138. num. 50. IOANNES DE BEKA in *chronicis Vltraiectinis.*

III. Rainaldus III. Gelriae dux decennis in tutela Ioannis Cliuenſis, decani Colonienſis, fuiſſe, fertur anno CIↃCCCXLIV. auctore eodem PONTANO l. d. p. 251.

IV. Anno CIↃCCCCXVII. Aſellati ſiue Cauiliauii Iacobae, Gelriae duci, Ioannem Bauarum, praeſulem Leodienſem, patruum tutorem eſſe legitimum, contendebant, PONTANVS l. d. pag. 399.

V. Gelriae proceres anno CIↃCCCCLXXIX. cum Henrico Schwarzenburgio, praeſule Monaſterienſi atque adminiſtratore dioeceſeos Bremanae propius agunt, et eum non modo Gelriae defenſorem, ſed tutorem quoque liberorum Adolphi ducis Gelriae in annos ſex proclamant, PONTANVS l. d. p. 567.

VI. Anno CIↃIↃCCXI. praeſul Monaſterienſis contutor honorarius Benthemicorum comitum fuit a caeſare confirmatus, Reichs-Hofraths concluſa parte IV. pag. 305.

Quum

Quum Hermannus Fridericus comes Bentheimenſis, mentis impos anno CIƆIƆCCXXXI. naturae ſatisfeciſſet, et elector Colonienſis huius adminiſtrationis immunitatem ſibi dari ab imperatore anno CIƆIƆCCXXXVI. petiiſſet, hoc munus a caeſare commendatum antiſtiti Treuirenſi, illuſtris IOANNIS IACOBI MOSERI *alte und neue Reichs-Hoffraths-Concluſa* parte I. pag. 474. Anno CIƆIƆCCXLII. ordines prouinciae Bentheimenſis imperatorem rogarunt, vt praeſulem Monaſterienſem tutorem confirmaret, IDEM l. d. parte II. pag. 13. Mihi diſtinguendum videtur inter clericos, qui maioribus initiati ſunt ordinibus, et eos, qui in ordinibus perſiſtunt minoribus. Illos a tutela excludendos eſſe publica, omnino putarem. Primo enim leges ciuiles clericos ab omni excludunt tutela, et ſolummodo presbyteris, diaconis et ſubdiaconis permittunt, ex neceſſitate legitimam ſuſcipere tutelam. Sic Iuſtinianus loquitur in NOVELLA (*a*): *Deo autem amabiles epiſcopos et Monachos ex nulla lege tutores aut curatores cuiuscunque perſonae fieri permittimus, presbyteros autem et diaconos et ſubdiaconos iure et lege cognationis tutelam aut curam haereditatis ſuſcipere permittimus, proprio et ſolo gradu cognationis ad tutelam et curam vocatis.* Conſentit AVTHENTICA (*b*): *Presbyteros, Diaconos aut ſubdiaconos iure cognationis ad tutelam vel curam vocatos ſuſcipere permittimus - - Epiſcopos autem vel monachos tutelam alicuius perſonae ſubire non permittimus.* Deinde quoque canones clericos a tutela arceri iubent. Sic in concilio quodam Africano ſtatutum refert CYPRIANVS (*c*): *Ne quis de clericis et Dei miniſtris tutorem vel curatorem teſtamento ſuo conſtituat, quando ſinguli diuino ſacerdotio honorati et*

in

(*a*) *Nouella* C. XXIII. Cap. V.

(*b*) *Authentica Presbyteros* C. de *Epiſcopis et clericis.*

(*c*) *Epiſtola* LXVI. p. 109. edit. *Rigaltii.*

cipalem, ſub cuius auſpiciis negotia expediuntur publica, et tutores, qui ſolum notitiae cauſa vel tanquam tutores ſubordinati conſtituuntur. Hi priuatae conditionis eſſe queunt, prout exempla ſupra adducta vberius docent (*t*). Minime vero illi, quippe qui tantum illuſtres eſſe poſſunt. Primo enim inter omnes conſtat, tutorem illuſtrium perſonarum proprio inueſtiri nomine, in eiusque perſonam litteras concipi inueſtiturae (*u*). Iam vero priuati ad feuda imperii regalia et maiora nec adſpirare, nec de iis inueſtituram proprio nomine accipere queunt. Ergo quoque in tutorem priuatum de feudo regali inueſtitura concipi nequit. Hinc quoties priuatus conſtitutus eſt tutor, non hic, ſed alia maioris nobilitatis perſona inueſtituram impetrare debet. Cum vero naturae rei conueniat, vt is, in quem inueſtitura eſt concepta, terrarum quoque adminiſtrationem habeat; non video, quomodo priuatae conditionis tutor ſibi terrarum adminiſtrationem vindicare poſſit. Deinde tutor perſonae illuſtris omnia iura regalia proprio exercet nomine. Sic iura belli, pacis, foederum, legationumque tutori ſub ſua auctoritate, ſub ſuo nomine exercenda competunt, quomodo vero horum iurium exercitium ſub nomine priuati fieri poterit? Idem dicendum erit de voto ac ſeſſione in imperii comitiis, de poteſtate leges ferendi, diſpenſandi. Porro ipſa imperii tribunalia conſuetudinem, qua priuatus a publica excluditur tutela, in contradictorio probarunt. Prout clare patet ex ſententia camerae imper. occaſione tutelae filiarum Friderici Caroli comitis ab ERPACH lata (*x*). Alia inſuper ſunt argumenta,

(*t*) Vide ſupra P. V. Cap. V. §. 36. 38. 47. 50. 57. 83, 84.

(*u*) Vide, tales litteras inueſtiturae tutori conceſſas apud LVNIG. *corpore iuris feudalis* T. I. p. 810.

(*x*) Legi poſſunt integra huius ſententiae verba ſupra P. V. Cap. V. §. 92.

ta, quae tutelam illuſtrium perſonarum priuatis demandari, non permittunt, quae hic LVDEWIGII verbis legi poſſunt (y): *Ego certe rationibus moueor, quae ſequuntur, vt ſtatuam, nefas eſſe, ordinis illuſtris pupillo tutorem praefici virum ex plebe.* Primo *enim Germanis tot ac tanti gradus gentilitiae dignitatis. Quos nefas eſt, confundere ac praeterire in rebus, quae momenti ſunt minoris, aut certe non multo maioris. Sic mores noſtri improbant imparis dignitatis matrimonia: vnius collegii ſocii ſcamnis diſtinguuntur* der Herren, Adelichen und gelehrten Banck: *excluduntur viri ignobiles, in gratiam nobilium, a canonicatibus eccleſiarum cathedralium: ab ordinibus equeſtribus: a torneamentis, cetera. Tantum abeſt, vt non pudeat illos, ſi nobilis adoleſcens et iuuenis pendere debeat ab hominis ignobilis, tutoris ſui, imperio.* Deinde *apud Romanos, id tolerari potuit facilius. Quoniam tutelae eorundem non exiuerant limites pueritiae XIV. annorum, vt adeo parum intereſſet, qui ferulam gereret, ſi puerilis malitia fuerat coercenda. Sed Germanici tutores, non pueros regunt, verum adoleſcentes et iuuenes ſupra. In adultiori autem aetate vt probrum obiici ſolet homini nobili, ſi viuere eundem oportet ad nutum viri ignobilis, tutoris.* Praeterea *cum Romanis vix vnus et alter gradus gentilitiae dignitatis, totidem hodie ſunt apud Germanos. Vt portenti inſtar ſit, ſaltum committi ab vltimo ad ſupremum. Quapropter hodie viui parentes e ciuium quidem ordine eligunt puero nobili comiti principi ludimagiſtros, nec quicquam vero praefectos morum* Hoffmeiſter. *Adeo vt baro aut comes nonniſi nobilem, princeps puer comitem minimum deſideret, ne ſparta, ab ignobili exornata, illis ſit dedecori. Quod ſi igitur perſonae illuſtres nobiles curatores exigunt, viuis parentibus, haud dubie ſpernent ignobiles tutores, quorum poteſtas longe maior eſt magisque diuturna.* Eorum vero, qui contrariam tuentur ſententiam, argumenta ſunt ſequentia.

 Pri-

(y) diſſ. I. R. et G. *in tutelis* diſſ. 7. p. 1094. T. II. *op. Miſc.*

Primo prouocant ad exemplum quo marchio Badenſis principibus pupillis nominauerit cancellarium ſuum tutorem, anno CIↃIↃLXXXIX. a camera confirmatum (z). Deinde dicunt, nullam adeſſe legem, quae tutorem cum pupillo eiusdem eſſe dignitatis praecipiat. Tertio, in ſubſidium in illuſtrium iurisprudentia ius Romanum valere, hoc vero etiam inaequalis conditionis hominem tutorem dari, permittere. Aſt recte ad haec argumenta reſpondemus cum SCHILTERO (*a*), quod vna hirundo non faciat ver. Praeſertim cum hodierni adſeſſores ſupremi in imperio tribunalis ſaepius a ſententiis maiorum abeant, ideo, quod illis multoties glaucoma impoſuerit coeca iuris Romani ſuperſtitio. Et exſtat omnino cameralis ſententia, quae ſatis probat, Aſſeſſores camerae antiqua deſeruiſſe principia, quoad tutelam illuſtrium priuato deferendam (*b*). Ad alterum, quamuis expreſſa lex priuatum tutela illuſtrium non interdicat, non tamen deeſt conſuetudo, in contradictorio approbata, quae legis vim habet. Ad tertium, ceſſat iuris Romani auctoritas, vbi patriae adſunt conſuetudines, quales hic habemus.

§. X.

Simili modo exteri principes ad tutelam Germaniae procerum haud ſunt admittendi. Primo enim peregrini ab omnibus officiis imperii publicis, quae alicuius reputantur momenti, ſunt excluſi. Sic imperatores ſunt obſtricti, vt non niſi eum, qui terras Germanicas tenet, principis vel comitis ornent titulo (*c*), porro Archiofficia et horum officia vicaria non niſi illis conferri queunt, qui ſunt originis Ger-

(z) teſtibus SEILERO *in Cammer-Gerichts Urteln* ad h. a. GYLMANN Tom. III. *Symph. verb. tutor.*

(*a*) *Exercitat.* ad D. XXXVII. §. 11. 12. 13.

(*b*) Vide P V. Cap. V. §. 92.

(*c*) *Capitulatio nouiſſ.* Art. XXII. §. 1. et Art. I. §. 5.

Germanicae (*d*). Nec minus Germani, et quidem originarii, debent eſſe ſummi in aula imperatoris miniſtri, Germanice *Hoff-Beamte* (*e*). In ſummis quoque imperii tribunalibus neque iudex neque aſſeſſor conſtitui poteſt, niſi Germanus (*f*). Cum igitur ad officia imperii publica exteri non admittantur, quis dubitabit, eos a regimine prouinciarum Germanicarum tutelari eſſe excluſos? maxime cum et vtilitas et ſalus vniuerſae fere Germaniae hoc poſtulare videantur, vt quaelibet occaſio, ſe immiſcendi rebus imperii prouinciarumque Germaniae, exteris praecludatur. Deinde extranei principes iurisdictionem imperatoris imperiique Germanici non agnoſcunt, ideoque in caſu malae adminiſtrationis conueniri nequeunt, ac inde pesſime ſaluti minorennium conſuleretur tutela extraneorum. Accedit, quod ne priuatorum quidem pupillis extraneus conſtitui ſoleat tutor, ſi alias in prouincia, vbi pupilli eſt domicilium aeque habilis exiſtit perſona. Et licet pauca afferantur exempla, quibus exteri teſtamento ſcripti fuerunt tutores, illa tamen ſingularibus coniuncta ſunt circumſtantiis (*g*).

§. XI.

Religionis diuerſitas an inter cauſas ſit, quae aliquem ad tutelam ſuſcipiendam reddunt inhabilem? quaeſtio eſt, de qua non ſatis inter Ictos conuenit. Qui ſtatuunt diuerſitatem religionis in capeſſenda tutela non eſſe impedimento (*h*), prouocant ad Inſtrumentum Pacis, in quo cautum

(*d*) Vide diſſ. *de iuribus indigenarum Germ. quam* ſub praeſidio ENGAVII defendit Conſ. HOFFMANN.

(*e*) *Capitul. Nouiſſ.* Artic. XXIII. §. 4.

(*f*) *Capitul. Nouiſſ.* Art. XXIV. §. 1. 2. et §. 11.

(*g*) ILL. MOSER *StaatsR.* P. XVIII. p. 271.

(*h*) Inter hoſce defenſores praecipuus eſt Dnus ab ICKSTATT *in der Wartenberg. Grundveſte* p. 34. et apud MOSER T. XVIII. p. 265.

tum (*i*): *Quod nemo ob religionem deſpicatui haberi, nec a mercatorum, opificum aut tribuum communione, haereditatibus, legatis - - aliisque iuribus aut commerciis arceri debeat.* Deinde quoque vnum vel alterum exemplum in ſuos conuertunt vſus. Sic dicunt, Ioannem Caſimirum Palatinum, reformatae religionis, in tutela habuiſſe Fridericum IV. Lutheranum: Porro poſt mortem Georgii Reinhardi Comitis de Ortenburg pupilli tutelam habuiſſe Chriſtianum Ortenburgicum, quem licet ei ob catholicam, quam profitebatur religionem, quaeſtio moueretur ſtatus, nihilominus in contradictorio obtinuiſſe. Aſt quoad primum, aliud eſt, aliquem propter religionem deſpicatui habere, aliud ob periculum ob diuerſitatem religionis pupillo imminens aliquem a tutela arcere. Illud prohibet inſtrumentum pacis, minime vero hoc. Exemplum domus Palatinae ſolum probat, quod reformatus Lutherani et vice verſa Lutheranus reformati tutor eſſe queat. Ortenburgici vero comitis exemplum nil probat; quia Chriſtianus agnatus Catholicus reuera tutelam non obtinuit, matre pupilli praeualente et contradicente corpore euangelicorum (*k*). Mihi praeprimis inter tutelam datiuam; legitimam ac teſtamentariam videtur diſtinguendum. Dari nequit tutor, qui diuerſae eſt religionis; quia leges imperii diſerte iubent, vt ad res, quae inter ſolos Auguſtanae confesſionis ſtatus verſantur, ſoli eidem religioni addicti deputentur (*l*). A legitima vero ac teſtamentaria tutela excludi nequit, qui alia ac pupillus ſacra profitetur. Nam qui lege vel teſtamento ad tutelam vocantur, ius ad illam adſpirandi habent quaeſitum. Hos ob religionis diuerſitatem ſuo priuare iure minus conueniret paci inter vtrius-

(*i*) Artic. V. §. 35. *Pacis Osnabr.*

(*k*) STRAVCH *inſtit. iuris publ.* Lib. I. Tit. XXXVII. §. 4.

(*l*) *Inſt. Pac. Osnabr.* Art. V. §. 51.

vtriusque religionis conſortes conditae (*m*). Attamen, quia tutoris officium eſt, pupillorum bene conſulere ſaluti, illi quoque, qui diuerſorum eſt ſacrorum, iniungi poteſt, vt promittat, ſe in ſtatu religionis nihil quicquam immutare, nec pupillum ad deſertionem religionis, quam hactenus profitetur, perſuadere velle (*n*).

§. XII.

Raro euenit, vt vitricus priuignorum conſtituatur tutor vel curator. Moriens enim pater de ſuo in matrimonio ſucceſſore non cogitat, et inde hunc non niſi per accidens et rarisſime ſcribit tutorem. Simili modo non niſi raro accidit, vt is, qui ex agnationis lege tutelam habet, ſimul vitrici locum occupet. Imo plerumque conſilii poſtulat ratio, ne vitrico deferatur tutela. Interim tamen exempla tutelae vitrico conceſſae non deſunt (*o*). Leges quoque illum haud impediunt, ſubire munus tutorium (*p*).

§. XIII.

Vt illi, qui cum patre pupilli in inimicitia vixit, tutela deferatur, conſilii ratio haud permittit. Quoties vero pater ſuo in teſtamento inimicum ſcribit tutorem, hic a tutela non excluditur. Pater enim eius fidem ſatis explo-

(*m*) *Inſt. Pac. Osnab.* Art. V. §. 35. ibi: *quod nemo ob religionem - - iuribus - arceri debeat.*

(*n*) Vide ſupra P. V. cap. V. §. 62.

(*o*) Inter haec AVTOR *Inſtitutionum iuris principum priuati* p. 153. refert, quod Comes ab Erpach vitricus tutor 1592. priuignis comitibus Waldeccenſibus datus et iam ſaec. XII. Henricus comes Orlamundanus priuignis comitibus Schaumburgicis.

(*p*) Huc faciunt L. 32. §. 1. D. *de adoptionibus* L. 2. C. *de interdicto matrimonio.* L. fin. C. de *contrar. tut. iud.*

ploraſſe videtur, quem tutorem nominat, nec exempla deſunt tutelarum ab inimicis patris felici geſtarum ſucceſſu. Sic ſupra (*p*) ex Zonara, Procopio et Agathia docuimus, Arcadium imperatorem filio Theodoſio Isdigertem, Perſarum Regem, Romanorum infenſisſimum imperio ſcripſiſſe tutorem, ſucceſſu haud infelici. Aliud exemplum ſiſtit Iohannes V. Britanniae in Gallia Dux, qui hoſtem ſuum acerrimum Oliuerium Cliſſonium, comitem ſtabuli in aula Gallica, tutorem curatoremque liberorum ſuorum ſcripſit. Et res ex voto cesſit, prout tradit PASQVIERIVS (*q*): *Soudain que Cliſſon recût ces nouvelles, il fut viſité par la Comteſſe de Pentievre ſa fille, laquelle lui remontra, que le tems étoit lors venu de pouvoir rentrer dans le Duché à bon compte par le moyen de cette tutelle. Ce bon et ſage ſeigneur entra en une telle colere, qu'il lui dit: Ah méchante et malheureuſe! tu ruineras ta maiſon d' honneur, et de bien enſemble: Et d'une grande fureur ſe ſaiſit d'un eſpieu, dont il l'eût frappée, ſi elle n'eût prevenu le coup d'une promte fuite, et en fuyant ſe rompit une jambe, dont elle fut depuis boiteuſe.* Minime vero inimicus, qui forſan propter inimicitias et vt ei noceatur, tutor datus eſt, ad ſubeundam cogitur tutelam, ſed excuſatione vtitur voluntaria, ne fama in periculum deducatur (*r*).

§. XIV.

Denique inter excuſationis cauſas quidam referunt, ſi tutor ſit debitor ſeu creditor pupilli: Et fateor, ſi ex iure communi (*s*) deciſio eſſet petenda, fruſtra ad tutelam adſpirare creditorem ſeu debitorem pupilli illuſtris. Aſt minus recte

(*p*) P. V. Cap. IV. Sect. II. §. 10.

(*q*) l. V. *des Recherches de la France* cap. 14.

(*r*) §. 9. Inſt. *de excuſationibus* L. 6. §. 1. D. eod.

(*s*) vide Nov. 72 c. 1. 2. 3. et Auth. Minoris C. *qui dari tutores vel curatores poſſunt.*

recte ad illuſtres hoc caſu applicatur iuris Romani diſpoſitio. Nam in interpretanda lege quadam non tam ad eius verba, quam potius rationem eiusdem eſt reſpiciendum. Licet igitur dicti textus indiſtincte loquantur; ceſſat tamen in tutoribus illuſtribus ratio illa, quae tali conſtitutioni cauſam dedit, qualis fuit, ne tutor priuatus cautionem furetur, aut alias probationes, quae erant minoris, corrumpat. Quis vero tam impudens ac perfrictae plane frontis erit, tales machinationes de noſtris imperii principibus praeſumere, quorum in animis ſemper illud CAROLI V. Imperatoris effatum verſari videtur: Si fides in toto mundo exularet, attamen penes nos firma ſemper et immota ſubſiſtere debet. Praeterea et ipſe modus circa tutelam Principum gerendam malam praeſumtionem illam excludit, dum tutor illuſtris de illis, quae ipſum pupillum eiusque bona concernunt, nihil ad manus proprias ſumit, ſed omnia ſuo relinquit loco, et propter notitiam conſiliariorum, quae etiam efficit, vt debitum iſtud, non pro clandeſtino ſed manifeſto habeatur et difficulter chirographum aliaque inſtrumenta interuertere aut corrumpere poteſt (*t*). Interim tamen, vt omnes praecaueantur lites, non male ſibi conſulit tutor, qui vel penes cotutores aut collegia tutelaria debitum ſeu creditum, quod intuitu pupilli habet, profitetur (*u*).

§. XV.

Tandem inter excuſationes referunt controuerſiam, quae inter tutorem et pupillum verſatur, ſiue illa ſit de vniuerſa pupilli ſubſtantia ſiue de eius parte (*x*). Et quidem

(*t*) RICHTER *Deciſ.* XII. n. 19. Hactenus in hac §. in pleriſque verba ſeruauimus a PVHEL diſſ. *de tutela El princ. Cap. XI.* §.55.

(*u*) MOSER *StaatsR.* P. XVIII. Cap. 90. §. 46

(*x*) Nouella LXXII. cap. I. Auth. Minoris C. qui *dari tutores vel curatores.*

dem lis cum pupillo duplicis generis excuſationem praebet, vel voluntariam vel neceſſariam. Voluntaria excuſatione recte vtitur tutor, ſi illi de toto patrimonio aut maxima eius parte cum pupillo controuerſia intercedit, minime vero, ſi de re quadam ſingulari (y). Neceſſario vero ab adminiſtratione bonorum pupillarium et ſic a tutela publica excuſatur, qui de vniuerſa pupillari ſubſtantia litem mouet. Quomodo enim tuto adminiſtratio bonorum illi poteſt committi, qui omnia pupilli bona ſibi vindicat, quiue publica lite profitetur, ſe inhiare pupilli prouinciis? Minime vero tutela interdicitur, qui de re quadam ſingulari cum pupillo habet controuerſiam. Quoad hanc enim tutori curator adiungi et inde omne euitari poteſt periculum. Exemplo ſit tutela Iohannis Caſimiri et Iohannis Erneſti, filiorum Io. Friderici II. Saxoniae Ducis. Hic cum ob turbas Grumbachianas in captiuitate exiſteret, tutela legitima liberorum minorennium proximo agnato Iohanni Wilhelmo Duci Vinarienſi fuiſſet deferenda, aſt quia hic controuerſias cum pupillis ratione diuiſionis omnium prouinciarum meditabatur, ad tutelam non fuit admiſſus. Inde ad proximum agnatum Saxoniae Electorem Auguſtum tutela ſpectabat, quia vero et huic controuerſiae cum pupillis propter ſumtus expeditionis Gothanae aliasque cauſas non deerant, ille quidem tutor fuit conſtitutus, adiunctis tamen cotutoribus Ludouico Palatino et Iohanne Georgio Brandeburgico Electoribus (z). Mortuo Friderico Wil-

(y) §. IV. Inſtit. *de excuſationibus tutorum vel curatorum* L. 21. pr. D. de *excuſationibus*.

(z) Sunt, qui putant, tutelam principaliter penes Auguſtum Sax. Electorem fuiſſe, et Palatinum ac Brandeburgicum ſolum inſpectores exſtitiſſe. Aſt ſecus ſe rem habere ſequens docet formula, confirmationi ſtatutorum ciuitatis Gothanae praefixa: *Wir Ludewig von*

Wilhelmo Duce Saxon. Altenburgicae lineae fundatore, liberorum eius minorennium proximus agnatus erat Iohannes, pupillorum patruus, cui etiam tutela deferebatur, ſimul vero ad communium terrarum diuiſionem peragendam cotutor adiungebatur (z).

CAPVT IV.

DE POTESTATE ET OBLIGATIONE TVTORIS INTVITV PERSONAE AC BONORVM PVPILLI SEV MINORIS.

AVCTORE

D. IO. AVG. HELLFELD.

SVMMARIA.

§. I.

Iure Romano pro diuerſitate aetatis minorennis tutoris quoque poteſtas variauit, quod apud nos, maxime inter illuſtres, ceſſat.

§. II.

Tutoris circa pupilli educationem poteſtas.

§. III.

Tutoris vel curatoris conſenſus requi-

von Gottes Gnaden, Pfalz-Graf bey Rhein, Herzog in Beyern, und von deſſelben Gnaden, wir Auguſtus Herzog zu Sachſen, Landgraff in Thüringen, Marggraf zu Meiſſen und Burggraff zu Magdeburg, desgleichen wir Johannes Georgius Marggraff zu Brandenburg, zu Stettin, Pommern, der Caſuben, Wenden, auch in Schleſien zu Groſſen Herzog, Burggraff zu Nürnberg, alle drey des Heil Röm Reichs Erztruchſes, Erz Marſchalck, Erz Cämmerer und Churfürſten, bekennen für uns und in verordneter Vormundſchafft der hochgebohrnen Fürſten unſern freundlichen lieben Vettern, Schwagern und Oheimen, Herrn Johann Caſimirn und Johann Ernſt Gebrüdern Herzogen zu Sachſen etc.

(z) Vide ſupra P. V. Cap. V. §. 37.

quiritur, ſi negotia pupilli obligationum producere debent efficacem.

§. IV.

Omnia, quae pupillo in ſtatu maiorennitatis competerent iura, tutori denegari nequeunt illuſtri.

§. V.

Obligatur tutor illuſtris ad inuentarium conficiendum.

§. VI.

Minime vero omiſſa inuentarii confectione iuramentum in litem locum habet.

§. VII.

Quatenus ad reddendas rationes tutor illuſtris obligetur, variae ſunt ICtorum ſententiae.

§. VIII.

Omnes tutores de adminiſtratione ſubſtantiae rationes reddere tenentur.

§. IX.

Minime vero tutores legitimi ad conficiendas de fructibus perceptis rationes obligantur.

§. X.

Eas vero teſtamentarii et datiui exhibent.

§. XI.

Tutor, qui ad rationum redditionem obligatur, honorarium accipit pro labore praeſtito.

§. XII.

Finita demum tutela regulariter rationes praeſtantur.

§. XIII.

Inde quoque tutores exigere ſolent apochas de tutela bene adminiſtrata.

§. XIV.

Sententia eorum, qui tutori legitimo onus rationum imponunt, refutatur.

§. XV.

Quatenus alienandi et transigendi poteſtas tutori illuſtri competat et

§. XVI.

An donare posſit?

§. XVII.

Ex factis tutoris pupillus maior factus regulariter obligatur.

§. XVIII.

An plures tutores tutelam diuidere queant et quomodo ſimul adminiſtrent?

§. I.

Ius quoddam in perſonam pupilli eiusque bona tutori denegari nequit, quod Romanis ſub poteſtatis, et Germanis ſub nomine *Vormundſchafft* venit. Minime vero apud Romanos ſemper eadem tutorum fuit poteſtas, quin potius pro minorennis aetate diuerſi quoque poteſtatis gradus eſſent, qua tutores gaudebant. Sic in infantem vi, in infantia maiorem poteſtate et auctoritate tutor vtebatur, mi-

minorum vero negotiis ſolummodo conſenſum interponebat. Aſt hodie eadem curatoris in adultum, quae tutoris in minorem eſt poteſtas, et curator itidem ac tutor omnia minoris negotia ſolus peragit, maxime inter illuſtres, vbi tutor minorem non magis ad regiminis negotia admittere tenetur, quam durante adhuc aetate pupillari (*a*). Interim tamen, quae iure communi tutoribus competit poteſtas, per teſtamentum haud raro circumſcribi ſolet (*b*).

§. II.

Et primo quidem tutoris poteſtas ſe exſerit in fideli pupilli educatione, quae regulariter quidem tutori competit, non vero neceſſario ei, qui publicam adminiſtrat tutelam, eſt demandanda. Non enim inter priuatos ſolum, ſed quoque inter illuſtres, vel ex teſtamento, vel ex pacto alii adminiſtratio terrarum, alii pupilli educatio poteſt deferri, imo mater ab educationis cura penitus excludi haud poteſt (*c*). Ipſa vero educatio eo eſt dirigenda, vt potisſimum in religione paterna pupillus educetur, deinde vt regnandi artibus imbuatur et vbicunque eius ſanitati ſalutique proſpiciatur. In quibus ſi negligens eſt tutor, vel per agnatos vel per ſtatus prouinciales res ad imperatorem poteſt deferri, qui ſibi tanquam ſupremus ſtatuum tutor, ſupremam ratione educationis vindicat inſpectionem

§. III.

Deinde poteſtas tutorum vel curatorum in interponenda auctoritate et dando conſenſu conſiſtit. Equidem quae apud Romanos erat inter conſenſum et auctoritatem dif-

(*a*) BEIER de *hodierna tutorum et curatorum minoribus datorum* differ. § XII. et XIII.

(*b*) quatenus iure hoc fieri posſit, docuimus ſupra P. V. Cap. VII. §. 38.

(*c*) Vide ſupra P. V. Cap. VII. §. XV.

differentia, apud nos vſu haud ſeruatur, nihilominus tamen Germanorum quoque iure vel ſolus tutor ſeu curator omnia agit vel ex eius conſenſu pupilli ſeu minoris contractus valorem accipiunt, alias obligationem haud producentes efficacem. Et ſicuti vel ipſa recta dictitat ratio, vt alterius directioni ſubſint, qui ipſi rebus ſuis ſupereſſe nequeunt, ita quoque dubitari nequit, pupillum ſeu minorem illuſtris conditionis ſine tutoris ſeu curatoris conſenſu valide nec contrahere nec ſe obligare (*d*). Hinc Ludouicus Bauarus imp. Anno CIƆCCCXXXIII. ex conſenſu principum imperii Ludouici Brandeburgici geſta reſcindit, quia abſque ſuo et tutorum conſenſu erant geſta (*e*).

§. IV.

Praecipue vero tutor, qui publicam habet tutelam, pupilli prouinciis cum imperio praeeſt, omniaque imperii iura, quae pupillus maiorennitate conſecuta exercere poſſet, illi denegari nequeunt (*f*). Gaudet igitur tutor illuſtris belli, pacis, foederum (*g*) legationumque iuribus

(*d*) KEMMERICH *introductio in ius publ.* Lib. VIII. cap. VI. §. 30. TITIVS *ſpecimin., iuris publ.* Lib. IV. cap. V. §. 26. MOSER Tomo XVIII. p. 350.

(*e*) LVDEWIG *in reliqu. MSſt.* T. II. n. 68. p. 289.

(*f*) GRIEBNER *in iurisprud. priuata illuſtr.* lib. I. cap. VI. §. 7. *iura tutoris illuſtris eadem ſunt, quae principis, niſi poteſtas eius limitata fuerit, lege publica, voluntate teſtatoris aut decreto populi, qui tutorem dedit.*

(*g*) illuſtrant haec verba STRYCKII diſſ. *de tutela materna* cap. IV. §. V. et VI. ibi: *Imo ad negotia belli, paciſque foeminas tutrices concurriſſe, et armis pariter ac conſiliis imperii ſalutem promouiſſe exemplo eſt heroina illa* AMELIA ELISABETHA *Haſſiae Landgrauia, quae quantum armis promouerit res Auguſtanae confeſſionis conſortium, orbi notum eſt, adeo, vt tunc temporis a tribus foeminis quam maxime ſibi cauendum cenſuerit imperator, a* CHRISTINA, *Sueciae ab*

bus (*b*). Deinde tutor feudorum ad pupillum ſpectantium regalium petit inueſtituram eamque accipit proprio nomine

a Regina ANNA MARIA, *Regina Galliae, et a noſtra Landgrauia Caſſellana. Vnde ne ſolo nomine tutrix fuiſſe dici poſſit, meruit, vt in illo pacis Weſtphalicae inſtrumento Art. XV. §. 1. ipſi nominetenus proſpiceretur. Illuſtria etiam huius Landgrauiae tutricis facinora in actis publicis vbique conſpicua ſunt; ſic anno 1639. d. 22. Octobr. cum Rege Galliae Ludouico XIII. foedus iniit pro libertate Imperii et promouenda pace vniuerſali, vbi a Regis Galliae legato ipſi hic titulus tribuitur: Die Durchlauchtige und Groſsmächtige Fürſtin Aemylia Eliſabetha, Landgräfin zu Heſſen etc. etc. Vormünderin ihres Sohnes, des Herrn Landgraffens und ſeines Staats Adminiſtratorin etc. vbi circa finem §. ſubiicitur: im Fall, daſs einige Fürſten oder Stände, die Fürſtin erſuchen ſolten, mit Ihnen in Coniunction der Waffen oder in Neutralität zum Vortheil ihrer Parthey ſich einzulaſſen, ſoll die Fürſtin darüber mit denenſelben tractiren mögen. Quae abunde docent, quanta autoritate ipſa tutelam filii ſola geſſerit, et quanto conatu belli pacisque negotia promouerit: foedus illud integrum recenſet Londorpius in Actis publicis ad an 1639. cap. 106. et in cap. ſeqq. ſubiicit foedus Ducum Brunſuicenſium cum eadem Landgrauia tanquam tutrice initum. Huius exemplum in eadem domo Haſſo-Caſſellana imitata eſt* HEDWIG SOPHIA *Brandenburgica, quae per varios annos omnia ſuperioritatis iura ſine contutore adminiſtrauit, vbi hoc omnino ſingulare eſt, quod, quamuis tutelae ſuae confirmationem non impetrauerit, imperator tamen, in literis ad ipſam miſſis, titulum der Vormünderin und Regentin illi non denegauerit, quod ſine dubio ex ſingulari fauore imperatoris erga ſereniſſimam hanc tutricem contigiſſe, veroſimile. Ipſa enim ab initio motuum Gallicorum anno 1672. mox Caeſari ſemet iunxit, et ſolenni confoederatione cum Imperatore, Rege Daniae, Electore Brandenburgico, et Ducibus Brunſuicenſibus inita d 12. Sept. 1672 arma Gallis opponere coepit, in qua confoederatione vocatur die Frau Landgräfin und Regentin zu Heſſen-Caſſel. V. Londorpius in Act. public. ad ann. 1672. cap. 242.*

(*b*) Vide ſupra P. V. cap. V. §. 15.

ne, imo inueſtiturarum litterae in perſonam tutoris concipiuntur (*i*). In comitiis imperii aeque ac circularibus tutor nomine pupilli votum gerit (*k*) et ſi forſan pupillo directorium in comitiis circularibus competit, ab hoc tutor quoque excludi nequit. Denique tutor illuſtris ius habet magiſtratus conſtituendi, leges ferendi (*l*), diſpenſandi, homagium exigendi et omnia ordinandi, quae prouinciarum pupillo ſubiectarum vtilitatem et tranquillitatem conſeruant vel promouent. Et haec omnia non ſub pupilli ſed proprio peragit nomine, addita tamen declaratione, ſe tanquam tutorem et adminiſtratorem agere. Minime vero maioris momenti negotia, quae moram ferunt, a tutore illuſtri expediri queunt, ſed ad maiorennem pupilli aetatem differri debent. Eſt enim tutor ad ea pupilli negotia adminiſtranda conſtitutus, quae ipſe pupillus gerere nequit. Iam vero ea, quae moram patiuntur, ipſe pupillus expedire poteſt. Ergo quoque talia negotia ad maiorem vsque pupilli aetatem ſunt differenda. Hinc reformandi ius tutori non indulgetur. Cum Caſimirus Palatinatus adminiſtrator, religionis mutationem in pupilli ditione moliretur, ab imperatore protinus facta inhibitio (*m*). Non omnis tamen circa religionem poteſtas tutori eſt ademta, prout docet exemplum Friderici Wilhelmi Electoratus Saxoniae ad-

(*i*) Exempla vide in LVNIG. *corpore iuris feudalis* T. I. p. 810. Eiusd. *ſpicilegium ſaecul.* p. 1788.

(*k*) Vide ſupra P. V. Cap. V. §. 89. 91. 92. 94.

(*l*) Sic Anna Ottonis comitis Solmenſis in Laubach filia et Ludouici Caſimiri comitis in Hohenlohe-Neuenſtein vidua, tanquam liberorum tutrix publicauit A. 1579. *der Grafſchafft Hohenloe erneurte und verbeſſerte Wildbahn-Forſt und Holz-Ordnung*, FRITSCH *corp. iur. Venatorio foreſtale* P. III. p. 213. 218. Aliud exemplum vide ſupra Cap. III. §. 15.

(*m*) AVTOR *inſtitut. iuris principum priuati* p. 161.

adminiſtratoris, de quo GLAFEY (n): *Wegen ſeiner (Chur-Fürſt Chriſtian II.) Minderjährigkeit, führte Herzog Friedrich Wilhelm nach vorhergehenden Vergleich mit Chur-Brandenburg, der gleichſam nur* tutor honorarius *war, ſeine Adminiſtration und Vormundſchafft zehen Jahr lang, ſo löblich als rühmlich, und unterſchiedene merckwürdige Sachen, ſo ſich Zeit derſelben zugetragen, verdienen, daſs man ſie kürtzlich erwehne. Es hatte, wie ſchon gemeldet, Crell und ſein Anhang das ganze Land in Unruhe und Zerrüttung geſetzet. Dieſe nun beſchloſs er zu dämpfen, und die alte Gewiſſens-Freyheit und Religion wiederum herzuſtellen. Weil aber das Uebel ſchon ſo weit eingefreſſen, daſs es mit gelinden Mitteln nicht konte gehoben werden, ſo war faſt ſeine erſte Verrichtung, daſs er Cantzler Crellen den Tag vor dem Leich-Begängniſs des verſtorbenen Churfürſtens, als er ſich deſſen am wenigſten verſahe, wie auch beyde Hof-Prediger, die Superintendenten von Wittenberg und Leipzig, nebſt noch andern in gefängliche Hafft bringen, und die vorher durch ſie Vertriebenen wieder einſetzen lieſs. Merckwürdig war hierbey, daſs Crell zu Königſtein in eben daſſelbe Stübel geſetzt wurde, welches er vorher dem Superintendenten D. Miro zubereiten laſſen. Damit er nun in dieſer wichtigen Affaire deſto gewiſſer ginge, ward zu Anfange des 1592. Jahres ein Landtag nach Torgau ausgeſchrieben, um mit Zuziehung der geſamten Stände, die Mittel zu Beruhigung des Landes auszufinden. Die Propoſition beſtund in Religions- Landes- und Policey-Sachen. Die Religion betreffende, war das vornehmſte Reſultat, daſs der Proceſs wider Crellen fortgeſtelt, und kein Hoff-Diener, wer er auch ſey, in Dienſt und Beſtallung ſolle genommen werden, welcher nicht neben dem Eyde der Treue auch das iuramentum religionis vorher würcklich geleiſtet hätte. Wovon man wiederum ſeine Nachrichten in Herrn Thomaſii Entwurff der Sächſiſchen Annalium an Oſſens Teſtament zuſammen getragen findet. Der Proceſſ an ſich ſelber daurete* den-

(n) *Kern Geſchichte des Hauſes Sachſen* p. 250.

dennoch wegen des durchtriebenen und in Rechts-Sachen ſehr geübten Crells, bis in das zehende Jahr. Endlich lief das End-Urtheil von Prag ein, welche Regierung man aus beſondern Urſachen um einen Rechts-Spruch um deſto unpartheyiſcher zu verfahren, angeſucht, Krafft welches ihm das Schwerd zuerkandt wurde. Nach beſchehener Notification wolte er zwar noch viele Ausflüchte ſuchen, muſte ſich aber, weil ihm die begehrte Appellation und Läuterung gänzlich abgeſchlagen wurde, nur letztlich gedultig darein finden. Die Execution geſchahe den 9. Octobr. 1601. und Churfürſt Chriſtians des I. Wittwe ſahe ſie perſönlich mit an und ſagte: Sie wolte dem Manne ſein Recht thun ſehen, welcher ihren ſeel. Herrn ſo übel angeführet hätte. Wie ſolches alles beym Muller in Annalibus *zu leſen. Damit aber die durch den Fall beſagten Crells entkräfftete und zu Boden geſchlagene Hydra ihre Häupter nicht wieder empor heben möchte, ward bey guter Zeit auf eben ſelbigem Convent eine durchgehende Kirchen-Viſitation ordoniret, und alſo der übrige Reſt des Crelliſchen Unweſens noch in ſeiner Geburth erſticket. Man ſiehet hieraus, weſſen ein Vormund unter Fürſten im Reiche befugt, und wie ſich ſeine Gewalt über die Religions-Sachen und Regalien dergeſtalt erſtreckt, und daſs er nomine proprio darinnen ſchalten kan.*

§. V.

Obligatio vero tutoris ſeu curatoris illuſtris in eo conſiſtit, vt prae caeteris bene pupilli educationi proſpiciat, deinde circa eius bona ita verſari debet, vt prudenter adquirat, adquiſita ſollicite conſeruet, caute eroget et alienet. Quod vt eo melius fieri posſit, tutor ad inuentarii obligatur confectionem. Sicuti enim ordinatio imperii politica omnibus iniungit tutoribus, vt ſtatim a momento ſuſceptae tutelae inuentarium ſuſcipiant (*o*), ita quoque inter illuſtres hanc-

(*o*) Ordin. Polit. de A. 1577. §. 3. *daſs er nach befohlener Verwaltung von allen Gütern, liegend und fahrend, Brieffen und Regiſtern, ein Inventarium aufrichte.*

hancce ordinationis diſpoſitionem vſu ſeruari, confirmationum imperatoriarum teſtantur chartae. Cum imperator Mariam Catharinam Meclenburgicam tutricem confirmaret, confirmationi inſerta eſt clauſula: *Daſs ſie von ihren, der Pupillen Haab und Güthern ein Inventarium machen laſſe.* Inde in confirmatione Annae Eleonorae tutricis Anhaltinae: *Von ſeinen Haab und Gütern ein Inventarium machen laſſen.* Minime vero haecce inuentarii conſcriptio eo expedienda eſt modo, prout inter priuatos, vbi omnia tam mobilia quam immobilia, imo et nomina curate ſunt conſignanda. In camera enim cuiusuis principatus ſeu prouinciae inuentarium iam adeſſe debet, tanquam perpetuum reddendarum rationum fundamentum, in quo non tantum immobilia ſed et mobilia et ſe mouentia in omnibus praefecturis bonisque cameralibus curate inueniuntur conſignata (*p*). Cum ergo tutor illuſtris ſpeciatim adminiſtrationem rerum cameralium non ſuſcipiat, ſed illam camerae Directori et Aſſeſſoribus relinquat, horum officium erit, inuentarii ſemel confecti rationem habere et ſi quid viuo principe deceſſerit, defectus hos regimini tutelari oſtendere. Quamuis inſuper conſultum ſit, vt prouidus tutor ipſe moneat conſiliarios ad regimen tutelare electos, vt reuiſionem huius inuentarii propediem fieri curent. Reliqua mobilia et pretioſa pupilli bona inuentario potisſimum indigent, ne ab illis, qui in ſeruitio aulico ſunt, quicquam ſubtrahatur. Licet hic plerumque extent deſignationes, *von der Silber-Cammer, vom Stall, von der Rüſt-Cammer etc.* quae adminiſtris ad hoc deputatis aſſeruandae, quarum reuiſio ſi pariter inſtituta fuerit a tutore ſeu curatore, vix quicquam remanebit, quod ſpeciali adhuc inuentario indigeat. Ceterum vt omnibus fraudibus occurratur, nec facile quicquam ſubtrahatur, vtile omnino eſt, et praxis

(*p*) SECKENDORFF *teutſcher Fürſten Staat* P. III. c. 2. §. 1.

quoque aularum hoc oſtendit, vt mox poſt obitum principis omnia obſignentur et poſtea vbi reuidenda ſunt inuentaria, demum reſignentur (*q*).

§. VI.

Inter priuatos omiſſa inuentarii confectione iuramentum in litem locum habet, quo damnum exinde pupillo ſeu minori ortum aeſtumatur. An vero contra tutorem illuſtrem pupillus ad iuramentum in litem admittatur, non ſatis expeditum eſt. Mihi negatiua placet ſententia. Dolum enim et latam culpam praeponit hoc iuramentum. Exulat vero fraudis ſuſpicio a perſonis conditionis illuſtris. Maior enim fides principis, quam hominum ex plebe, et dum raro ſoli agant, ſed eis conſiliarii aſſiſtant tutelares, hi fraudem non ferunt clandeſtinam, prout inter priuatos. Accedit, quod talis tutor domini territorialis fungatur vice, adeoque et tali poteſtate gaudeat, quali dominus fruitur territorii. Vnde nec tutor eiusmodi regens ad tales adminiſtrationis leges, quas priuatus tutor obſeruare tenetur, adſtrictus eſt (*r*). Hinc quoque nullum exſtat huius iuramenti contra tutorem illuſtrem praeſtiti exemplum.

§. VII.

An tutor illuſtris ad reddendas teneatur rationes, quaeſtio eſt admodum diſceptata a ICtis. Sunt qui tutorem illuſtrem ad rationes reddendas abſolute obligant. Sunt, qui hanc obligationem tutori quidem priuato imponunt, illuſtrem vero penitus liberum pronuntiant. Ex illorum partibus ſtant de BERGER (*s*), GRIEBNER (*t*), RHETIVS

(*q*) STRYCK. *Vſu Mod. Pand.* lib. XXIII. tit. 7. §. 14.

(*r*) KEMMERICH *pr. an tutor illuſtris ad conficiendum inuentarium et reddendas rationes teneatur.*

(*s*) ad COCCEII *iurispubl. prud.* Cap. XXIX. §. 12.

(*t*) *diſcurs in principia iuris priuati illuſtrium* p. 177.

TIVS (*u*), TITIVS (*x*), aliique. Cum his vero faciunt COCCEIVS (*y*), LANGGVTH (z), KEMMERICH (*a*), de LVDEWIG (*b*), MASCOV. (*c*), BESOLD (*d*) aliique.

§. VIII.

Vt in re tam magni momenti eo curatius procedamus, nobis inter rationes, quae de fructuum, et rationes, quae de ipſius ſubſtantiae pupillaris adminiſtratione ſunt reddendae, videtur diſtinguendum. De mala bonorum prouinciarumque pupillarium adminiſtratione, vt tutor reſpondeat, vel ipſa ratio naturalis et indoles tutelae exigunt. Obligantur enim tutores, vt bene adminiſtrent ac conſeruent bona pupillaria, nullumque inferant damnum. Si contra fiat, et ex mala adminiſtratione damnum ſentiat pupillus, hoc recte imputatur tutori, eumque obligat, ad rationes malae adminiſtrationis reddendas et damna data reſarcienda. Et haec non inter priuatos ſolum, ſed inter illuſtres quoque locum inueniunt, quippe qui itidem naturae iuribus viuere tenentur.

§. IX.

Aliud vero dicendum de rationibus, quae de fructibus ac reditibus perceptis exiguntur. Hae enim regulariter tutori legitimo, non vero teſtamentario vel datiuo remit-

(*u*) *inſtitut. iuris publici* lib I. tit. 23. §. 1.
(*x*) *Specimine iuris publ.* lib. IV. cap. VI. §. 29.
(*y*) *in iuris publ. prudentia* cap. 29. §. 12.
(*z*) *in animaduerſ ad Coccei locum citat.*
(*a*) *progr. an tutor illuſtris ad conficiendum inuentarium et reddendas rationes teneatur.*
(*b*) diff. *1 R. et G. in fructuum attribut. et tutela fructuaria* differ. 1. nota dd.
(*c*) MASCOV. *in principiis iuris publ.* Lib. VI. cap. VI. §. 15.
(*d*) *Theſauro practico* voce *Vormünder.*

mittuntur. Prout enim vberius iam demonſtrauimus, apud maiores noſtros omnis tutela legitima allodialis (*e*) aeque ac feudalis (*f*) fuit vſufructuaria, minime vero teſtamentarii datiuique tutores vſusfructus emolumentum ſibi vindicare potuerunt (*g*). Quo certiora vero ſunt antiquae Germanorum iurisprudentiae circa vſufructuariam tutelam principia, eo minus praeſumi poteſt, illuſtres, qui iurium patriorum tenacisſimi fuerunt conſeruatores, illa ex Iuſtinianei iuris amore deſeruiſſe. Hinc ſalua et inconcuſſa prae Romanorum iuribus ſtant patriae circa vſufructuariam tutelam conſuetudines, tamdiu donec contrarium in hac vel illa familia vſu vel pacto eſſe receptum probetur. Sicuti vero vſufructuarius rationes non reddit, ita quoque tutor illuſtris legitimus, quippe qui regulariter vſufructuaria gaudet tutela, a reddendarum rationum onere eſt exemtus. Idque eo magis, quo clarius conſtat, Germanos ſolum, vt conſeruentur bona pupillaria, non vero vt augeantur, tutori iniunxiſſe, maxime cum tutor illuſtris iure regentis principis adminiſtret quemadmodum et ipſi principes raro colligere ſolent theſauros, et plerisque ad laudem ſufficit, ſi impenſis et lautitiae reſpondeant reditus, ita eodem iure tutor illuſtris vti ſolet. Recte proinde de LVDEWIG (*h*): *Inter perſonas illuſtres bodieque ſuperſunt fructuariae tutelae ſingulares reliquiae. Quod enim alibi dixi, illud et hic repetendum eſt, in illuſtrium perſonarum iuribus priſtinas patriae conſuetudines vſu conſeruatas eſſe, quae in hominibus plebeiis oppreſſae ſint Romanarum legum ſuperſtitione. Illud quotidiano vſu eſt cognitum, quod princeps aut comes tutor adparatu et lautitia viuat regatque territorium tutelare, quam ipſe heres ſucceſſor, quod collectas ſcri-*

(*e*) Vide ſupra P. V. Cap. VI. §. 7.
(*f*) Vide ſupra P. V. cap. VI. §. 14. 15. 16. 17.
(*g*) ibidem. §. 8.
(*h*) *De fruct. attrib. et tutela fructuaria* diff. 1. not. dd.

ſcribat: confirmat reditus, atque a rationibus reddendis alienus.

§. X.

Ad conficiendas vero exhibendasque rationes obligantur teſtamentarii et datiui tutores, quippe quorum intuitu vſufructuariae tutelae ratio ceſſat. Ideo enim tutores ſibi vſumfructum vindicare poterant, quia bonorum feudalium aeque ac allodialium auitorum commune quoddam dominium iis, qui de familia erant, competebat, et vi huius condominii tutor tamdiu ac pupillus adminiſtrationi non ſufficeret, fructus faciebat ſuos (*i*). Aſt commune bonorum pupillàrium dominium ceſſat intuitu eorum, qui non de familia ſunt, ſed vel per pactum vel per teſtamentum vel a magiſtratu ad tutelam vocantur. Ergo horum quoque tutela non vſufructuaria, ſed reddendarum rationum oneri ſubiecta eſt. Interim a tutore teſtamentario vel datiuo raro fructuum rationes exigi ſolent, eam forſan ob cauſam, quod tutelaris principatuum adminiſtratio tam ſumtuoſa, vt reditus impenſis et lautitiae vix reſpondeant, et ipſi principes, ſe pro dignitate exhibentes theſauros raro colligant. Interdum quoque, vt rationes redderentur, pacto expreſſe conuenit, prout docet pactio Palatina Marburgi CIↃIↃXXXXIII. facta (*k*). Ibi: *Nachdem auch Herzog Ruprecht, ſich aus väterl. Treuen der Vormünderſchafft Herzog Wolfgangs unternommen, wodan Herzog Wolfgang von ſeinen Vetter Herzog Ruprecht der Vormünderſchafft und Adminiſtration halb Rechnung haben wolte, ſo ſoll ſeine Liebden dieſelbe bey Zeit Herzog Ruprechts Leben gebührlicher Weiſs ſuchen und fordern. Würde aber Herzog Wolfgang ſolche Rechenſchafft bey Zeit Herzog Ruprechts Lebtagen nicht ſuchen oder fordern, alsdann*

(*i*) Vide P.V. cap. VI. §. 7. 18. 19.
(*k*) LVNIG. Vol. V. *Reichs-Archiv p.* 654.

dann ſollen Herzog Ruprechts Erben ſolche Rechnung zu thun nicht ſchuldig ſeyn, ſondern es ſollen alle Anſprach, Forderung und Action ſolcher Vormundſchaffts halben alsdann gäntzlich gefallen, tod und abſein. Imo rationum redditio remitti poteſt a patre in teſtamento (*l*), licet diſſentiat a BERGER (*m*).

§. XI.

Si vero ad rationes conficiendas tutor adſtringitur illuſtris, ipſa aequitas iubet, vt illi pro labore certa pecuniae quantitas loco honorarii asſignetur. Et quidem vel ipſe pater per teſtamentum, vel imperator ex officio hancce determinat quantitatem, vel agnati aut ſtatus prouinciales de illa cum tutore conueniunt. Cum Fridericus III. imper. Bohemiae Regem filio Maximiliano ſcriberet tutorem, addidit haec verba: *Und für ſolche Mühe und Arbeit, die der benannte unſer lieber Schwager, der König haben wird, von den benannten unſern Landen aljährlich, von Anfang der Vormundſchafft nach unſern Tod in derſelben Jahresfriſt, ſollen gefallen und gereicht werden, aus den bemelden unſern Fürſtenthum und Landen 10000. Ungariſcher Ducaten Gülden* (*n*). Erneſtus Pius Dux Saxo-Gothanus ſuo in teſtamento de tutorum honorario ita diſponit (*o*), *dieweil billig iſt, daſs wegen ſolcher Mühwaltung ihren Lbden einige Ergetzligkeit geſchehe, ſo ordnen und verſchaffen wir hiermit, daſs ihnen auf den begebenden obbemelden Fall ſuccesſiue jährlichen aus unſerer Renth-Cammer zwey tauſend Gulden entrichtet werden ſollen.* Simili modo certi honorarii per pactum determinati exemplum occaſione tutelae Ienenſis exſtitit. In pacto enim inter Iſenacenſem et Vinarienſem in-

(*l*) L. 5. §. 7. D. *de adminiſtr. et periculo tutorum.*

(*m*) *in animaduerſionibus ad Coccei iuris publ. prud.* Cap. 29. p. m. 415.

(*n*) Vide ſupra P. V. Cap. V. p. 431.

(*o*) Ibidem p. 483.

inito hic declarat (*p*): *haben ſich auch zu mehrerer Erleichterung der Fürſtl. Vormundſchaffts-Cammer und zu Erlangung beſſerer Mittel, zu Bezahlung der noch übrigen Schulden, mithin zu bequemer Verſorgung mehr hochermelden Printzens, gegen Herrn Herzog Friedrichs Fürſtl. Durchl. gutwillig erbothen, mit 4000 fl. zu jährl. honorario überhaupt, vor die übernehmende Mühwaltung bey der Vormundſchafftl. Adminiſtration ſich begnügen zu laſſen.* Aliud de hocce honorario pactum ex Wurtebergica domo, ſupra adduximus (*q*).

§. XII.

Alia vero nunc oritur quaeſtio, cuinam et quo tempore rationes ſint reddendae? Si ex ordinatione imperii politica deciſio eſſet petenda, quotannis rationes conficiendae et magiſtratui exhibendae forent (*r*). Quemadmodum vero dicta ordinatio proceres imperii ex voluntaria receptione ſolummodo obligat; ita quoque quoad rationes ſingulis annis magiſtratui exhibendas, illa eo minus illuſtres obligat tutores, quo certius conſtat, nec imperatori rationes praeſtari, nec illas ſingulis annis, niſi ſpeciale adſit familiae pactum, exhiberi (*s*). Exigit enim vel ipſa ſtatus ratio et propria pupilli vtilitas, ne iudicialiter rationes reddantur. Hoc enim ſi fieret, detegerentur vires et defectus ducatuum et principatuum, quos tegere ſumma neceſſitatis ratio et pupilli ſalus requirit. Cum igitur imperii tribunalia a tutore illuſtri fructuum rationes exigere nequeant, agnatis vero itidem nullum circa fructus ius com-

(*p*) Apud LONDORP *Actis publicis* Tomo XVI. p. 80.

(*q*) P. V. Cap. V. p. 556. Adde MOSER *StaatsR.* T. XVIII. p. 379.

(*r*) *Ordinat. imperii Pol.* de Anno 1577. §. 3. ibi: *und jährlich nicht allein auf Erforderung der Obrigkeit, ſondern auch ſelbſt, Vermöge ſeines anbefohlenen Amtes - - gebührl Rechenſchafft anbiethen.*

(*s*) MOSER T. XVIII. Cap. 96. §. 8.

petat, ſolus ſupereſt pupillus, qui maior factus rationes deſiderare poteſt.

§. XIII.

Tutores ad rationes de adminiſtratione ſubſtantiae reddendas obligantur omnes (§. VIII.) de fructibus vero ſolummodo teſtamentarii vel datiui (§. X.). Et inde quoque eſt, quod tutori finita tutela de adminiſtratione bene geſta apocha dari ſoleat. Sic Fridericus Wilhelmus Saxoniae Electoratus adminiſtrator apocham ab Electore Chriſtiano II. maiorenni facto accipiebat, de qua MVLLER (*t*): *bekam Herzog Friedrich Wilhelm - Schreiben von Churfürſt Chriſtian dem II. und mit demſelben die Quittung wegen geführter zehnjährigen Vormundſchafft, deſſen der Herzog ſehr froh war.* De apocha data Chriſtiano I. Saxoniae Electori a ducibus lineae Erneſtinae, idem MVLLERVS d. 9. Dec. 1587. *haben auf Churfürſt Chriſtians I. Erſuchen, die beeden Gebrüdere Johann Caſimir und Johann Ernſt wegen ſeines Vaters Churfürſt Auguſts, über dieſelbe und dero Fürſtenthum und Lande Coburg- und Eiſenachiſchen Antheile geführte Vormundſchafft eine ſchrifftliche Quittung ausgeſtellet.* d. 20. Dec. *haben die beeden Gebrüdere zu Weimar Friedrich Wilhelm und Johannes, gleich denen Herzogen Fränckiſchen Theils, eben eine ſolche Vormundſchaffts-Quittung Churfürſt Chriſtian I. wegen ſeines Vaters über beſagte Herzoge und dero Weimariſche Lande geführten Curatel ausgeantwortet.* Cum Iohannes Erneſtus Vinarienſis maiorennitate conſequuta regiminis adminiſtrationem a tutore ſuo Io. Georgio I. Saxoniae El. deſideraret, varia de apochae conceptione ſunt diſceptata. Sic in hiſtoria finitae tutelae Vinarienſis Conſiliarii Electorales matri pupillorum proponunt (*u*): *und welchermaſen Ew. Churfürſtl. Gn. ge-*

(*t*) *Annal. Saxon.* d. 2. Iulii 1602. p. 230.

(*u*) apud LVDEWIG de *aetate legitima puberum et maiorum* p. 170.

gegen ihro Fürſtl. Gn. ſich darauf reſolviret, auch zur Reſignation freundlich anerbötbig gemacht, wofern nur der Quittung halber, deren Notul Ew. Churfürſtl. Gn. ihro Fürſtl. Gn. alsbald zugeſchickt, dergeſtalt Erklärung erfolgte, daſs Ew. Churfürſtl. Gn. und dero Poſterität hierunter genugſam geſichert ſeyn könnten. Wann dann ihre Fürſtl. Gn. ſolche NOTVL, allermaſſen dieſelbe von Ew. Churfürſtl. Gn. verfaſſet worden, approbiret und beliebet, auch die Vertröſtung gethan; daſs Ew. Churfürſtl. Gn. Herr Vetter und Pfleg-Sohn, der Durchlauchtige Hochgebohrne Fürſt und Herr, Herr Johann Ernſt, der jüngere, Herzog zu Sachſen, Jülich, Cleve und Bergk, Landgraff in Thüringen, Marggraf zu Meiſſen, Graff zu der Margk und Ravensbergk, Herr zu Ravenſtein etc. J. Fürſtl. Gn. geliebter Herr Sohn, unſer gnädiger Fürſt und Herr, ſolche volnziehen ſolte, mit ferner freundlicher Bitte, Ew. Churf. Gn. wolten nunmehr, was zur reſignation nöttigk anordnen: So hetten Ew. Churfürſtl. Gn. ihrer Fürſtl. Gn. freundlichen ſuchen und bitten nicht allein Stadt und Raum gegeben, und den 30. dieſes zu ſolchem Werck deputiret, ſondern auch uns ſaemtlichen mit gnugſamen Vollmachten und Befehl hierzu ablegiret und abgefertiget. Dieweil aber bey dieſem Werck dahin ſonderlich zu ſehen, daſs beedes die RESIGNATIO und die AUS ANTWORTUNG der Quittung dagegen vno et eodem actu geſchehe und erfolgte, zuvor auch fleiſſige collation der uns mitgegebenen Notull der Quittung, mit den vollnzogenen Original angeſtellet werde, ſo lieſſen Ew. Churfürſtl. Gn. ihrer Fürſtl. Gn. hiermit freundlich erſuchen, die Verfügung zu thun, damit durch jemand vertrautes, die volnzogene Original-Quittung uns gezeiget, und darauf die Collationirung vorgenommen, und das Hauptwergk befördert werden könne. Dann von E. Churf. Gn. wir austrücklich im Bevehl, ante collationem und Vergleichung der Ausantwortung, zum Heuptwergk nicht zu ſchreiten. Hierauff hat die Fürſtl. Witthe ſich ein wenig mit dem von Miltiz unterredet, und durch denſelben folgends antwortten laſſen, ihre Fürſtl.

Gn. hetten angehöret, was uf gnedigſten Bevehl - - Erinnerte ſich, daſs nach tödtlichen Abgang des Durchlauchtigen Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Chriſtiani des andern etc. E. Churſ. Gn. vielgeliebten Herrn Bruders Hochlöblichſter Gedächtniſs, E. Churſ. Gn. ſich der Tutel ihrer geliebten Söhne und Adminiſtration des Weimariſchen Fürſtenthums, als nechſten Mitbelehnten unterzogen. Erkennete und rühmete mit Danckbarkeit E. Churſ. Gn. groſſe gehabte Mühewaltung, auch ihren Fürſtl. Gnd. und dero vielgeliebten Söhnen geleiſten treuen Schutz, wuſte ſich darneben wohl zu entſinnen, was an E. Churſ. Gn. ſie vorruckter Zeit geſchrieben, und wegen reſignirung derer von E. Churſ. Gn. getragenen Weimariſchen Vormundſchafft und Landes-Regierung bey derſelben freundlichen geſucht, darauf Ew. Churſ. Gn. eine Quittungs-Notul anher geſendet, mit dieſer Erklährung, wann dieſelbe durch Herzog Johann Ernſten Fürſtl. Gn. volnzogen, daſs alsdann Ew. Churſ. Gn. denſelben die tutel und Adminiſtration übergeben wolten. Weil dan mit E. Churſ. Gn. ſich Ihr. Fürſtl. Gn. der Notul halber Inhalts ergangenen Schrifften, verglichen, ſo hätten ihre Fürſtl. Gn. gerne vernommen, daſs Ew. Churſ. Gn. nun anhero abgeordnet, die Deſignation gebührlichen ins Werck zu ſtellen, belangende nun die Quittungs-Notull, ſey ſolche unverändert und ungeendert vollzogen, ſolte uns in Original vorgezeiget werden. Es wäre auch ihren Fürſtl. Gn. nicht zuwider, daſs die Collationirung fürgenommen, darzu ſie dan etliche vertraute Perſonen wolte abordnen. Wir haben hierauf geantwortet, daſs - - vernehmen hiernächſt gantz gern, daſs die Quittungs-Notul volnzogen und wolten nach Mittag der Exhibition und Collationirung gewarten. Collatione deinde facta ſo- [illegible] reſignatio tutelae et traditio apochae eſt facta, de [illegible]: *Dieweil Sr. Churſ. Gn. inhalts einer verglichenen [illegible] vollnzogenen Notull der begehreten Aſſecuration hal- [illegible] vertröſtung geſchehen, ſo haben Se. Churſ. Gn. zu [illegible] Uebergebung und Deſignation dieſen Tagk benennet,*

und

und unſern Perſonen ſämtlich ſolches an Sr. Churf. Gn. ſtatt, im Nahmen der Heil. Dreyfaltigkeit die Vormundſchafft Ew. Fürſtl. Gn. unmündigen Herrn Brüdere, ſowohl die bisher geführte Weimariſche Adminiſtration und Landes-Regierung Euern Fürſtl. Gn. (alhier iſt mit dem Reden etwas inne gehalten worden, und habe ich der Grafe Sr. Fürſtl. Gn. das Cantzeley-Siegel, ſowohl die Schlüſſel überantwortet, dargegen von Sr. Fürſtl. Gn. mir reciproce, *alsbald und zugleich* vice mutua *die volnzogenen Original-Quittung und reverſes über die Baley Duringen wiederum zugeſtellet worden) hiermit übergeben, überreicht, aufgetragen und anvertrauet.* Inter Wilhelmum medium et iuniorem Haſſiae Landgrauios de rationum redditione et danda apocha tali ratione conuenit (x): *Nachdem ſich etliche Irrung und Gebrechen zwiſchen den Hochgebohrnen Fürſten -- Herrn Wilhelmen, dem mitlern, Landgrafen zu Heſſen und Herrn Wilhelmen den jüngern, auch Landgraven zu Heſſen -- gehalten haben, und ſunderlich einer Rechnung halber, ſo der bemeld Landgrav der mittler von dem obgenanten Landgraven Wilhelmen dem jüngern, ihme zu thun begehrte, und gefodert hat von allen einnemen und ausgeben, in Zeit, als etwa der Hochgebohrne Fürſt, Herr Landgrav Wilhelm, des mittlern, Fürmuuder geweſt iſt, und ſolcher Vormundſchafft halber ingenommen und ausgeben, haben wir -- ſie -- geſcheiden --* item *zum erſten ſoll Landgrave Wilhelm, der mitler, für ſich -- Landgrav Wilhelm dem jüngern quittiren und verzeihen, auf daſs alles, daſs ihme der gedacht Landgrav Henrich ſelbiger in Zeit und ſo lange er des bemelden Landgraven Wilhelms des mittlers Fürmund geweſt iſt, und von ſeinetwegen von Geld-Frucht und anders ufgenommen und ausgeben hat, alſo daſs der bemelt Landgrav Wilhelm der mitler, noch ſeyn erben, zu ewigen gezieten an den vorgenannten Landgraven Wilhelmen dem jüngern derhalben keine Rechnung fordern ſollen, geben zu Wormbs 1495.*

§. XIV.

(x) MVLLER *Reichstags-Theatrum* Maximil. I. Parte I. p. 611.

§. XIV.

Diximus tutores legitimos ad rationes reddendas non obligari (§. IX.). At non deſunt, quae contra hunc ſententiam moueri queunt, dubia. Primo enim ordinationes politicae, quae de tutorum obligationibus diſponunt, omnes omnino tutores ad rationes reddendas obligant. Deinde, quae in imperiali cancellaria expediuntur tutoria, tutoribus rationum redditionem iniungunt, *wegen der Adminiſtration und Handlung zu gebührender und rechter Zeit Rechnung zu thun*, prout docet formula ſupra a nobis adducta (Cap. II. §. 17.). Porro non deſunt exempla rationum exactarum et redditarum, et licet haec ſint rariora, raritas tamen nemini ius quaeſitum aufert. Tandem apochae de fructuum et ſubſtantiae adminiſtratione datae non obſcure obligationem reddendarum rationum loqui videntur. Quamuis vero haec argumenta veritatis ſpecie non deſtituantur, nihilominus tamen ad probandam aduerſariorum ſententiam non ſufficiunt. Nam quod ad primum, ordinationes imperii politicae illuſtres ſolummodo obligant, quatenus receptae, quod vero illa diſpoſitio, qua tutores legitimi onere reddendarum rationum grauantur, ſit recepta, vix poterit probari. Formula illuſtrium tutoriis inſeri ſolita, de rationibus adminiſtratae ſubſtantiae, minime vero fructuum perceptorum eſt intelligenda. Et licet non deſint exempla rationum de fructibus perceptis redditarum, illa tamen non deſtruunt noſtram ſententiam, cum vel ex pacto obligatio ad rationes exhibendas adfuit, vel tutores fuerunt teſtamentarii aut datiui. Tandem quoque apochae tutori datae, non de reditibus et fructibus adminiſtratis, ſed potius de ipſa ſubſtantia pupillari bene adminiſtrata et conſeruata conſcribi ſolent.

§. XV.

§. XV.

Quod ad alienationes bonorum pupillarium attinet, eadem fere tutoris illuſtris, quae priuati ſunt iura. Sicuti enim vel ipſa aequitas iubet naturalis, vt tutores res conſeruent pupilli, ita quoque illuſtri tutori vel ex ipſa naturae lege omnes interdictae ſunt alienationes, niſi quae vel ex neceſſitate vel ad vtilitatem pupilli promouendam faciunt. Hinc res mobiles, quae ſeruando ſeruari nequeunt, absque ſuffragio imperatoris vel Camerae imperialis alienari poſſunt (y), an vero immobilium bonorum alienatio, ſi neceſſitas vel vtilitas alienationem ſuadet, cauſae cognitionem et magiſtratus decretum neceſſario requirat, non ſatis ICtos inter conuenit. Interim tamen ſuaderem, ne decretum imperatoris in alienandis illuſtrium bonis immobilibus negligatur, partim quia plerique ICti illud neceſſario requirunt (z), partim, quia iura Romana in cauſis illuſtrium, quatenus illuſtri conditioni et moribus patriis non contrariantur, omnino vſu ſeruantur et ſecundum ea in imperii tribunalibus iudicari ſolet. Idem, quod de alienationibus, dicendum quoque videtur de transactionibus nomine pupilli a tutore initis.

§. XVI.

Tutoribus quidem priuatis de pupilli bonis donare, non eſt permiſſum. Alia vero ratio eſt tutorum illuſtrium. Hi enim imperantis iuribus fruuntur. Saepe vero imperantes vel ad compenſanda bene merita, vel exigente dignitatis ratione, vel ex aliis cauſis non poſſunt non donare. Et

(y) GAIL Lib. I. obſ. 72. n. 8.

(z) KINGLER *de tutelis illuſtrium* p. 45. VVLTEIVS *de feudis* c. 3. ROL. A VALLE Vol. II. Conſ. 18. n. 72. STRYCK *de tutela materna* cap. IV. §. 15.

cum habet (*b*), ſi vero, prout inter duos ſit tutores, nulla exiſtere poteſt pluralitas et expeditio negotii moram non ferat, imperatoris, tanquam ſupremi tutoris, deciſum videtur expetendum. Si vero inter plures tutelae adminiſtratio eſt diuiſa, tunc haecce diuiſio vel ex ſola tutorum conuentione, vel ex magiſtratus auctoritate aut voluntate teſtatoris eſt facta. Hoc caſu ſinguli de ſua, non vero de contutoria reſpondent adminiſtratione. Illo vero ſinguli obligantur in ſolidum, dum factum diuidentium tutorum nocere nequeat pupillo (*i*).

(*b*) De quo concluſum iudicii imperialis aulici in cauſa *Fugger* apud MOSER T. XVIII. p. 62. *bleibt der hinterlaſſenen Gräfl. Witbe frey und unbenommen*, in cauſis maioris momenti *ſich bey Jemanden, wo es ihr gefällt, Raths zu erholen, und in Fällen wo angezogene beede Vormünder ſich nicht vereinigen mögen, ein oder der andern Meinung beyzutretten, und ſoll ſodann diejenige Meinung, welcher beſagte Witbe beypflichten wird, als ein Schluß derer maiorum angeſehen, und dieſen auf das genaueſte nachgelebt werden.*

(*i*) L. fin. C. *de diuid. tutel.* L. 38. §. 1. *de adminiſtratione tutor.*

CAPVT V.

DE MAIORE PRINCIPVM AETATE.

AVCTORE

B. BVRCH. GOTTH. STRVVIO.

SVMMARIA.

§. I.

Quonam tempore illuſtres fiant maiorennes variae ſunt ICtorum opiniones.

§. II.

Varia ex antiquitate exempla minorennium, qui regiminis gubernacula tenuere.

§. III.

§. III.

In Siciliae regno Hieronymus nepos Hieronis XV. annorum regnum ſuſcepit.

§. IV.

De Ottonis III. Henrici IV. et Friderici II. Imperatorum maiori aetate.

§. V.

Carolus V. poſtea imp. vix pubes factus regnum habuit.

§. VI.

Hodie maiorennitatis terminus eſt XVIII. annorum praefixus imperatori.

§. VII.

De maiori aetate regni Portugalliae.

§. VIII.

In Hiſpania maiorennitatis terminus fuit primo annus trigeſimus mox decimus quartus.

§. IX.

Apud Galliae principes annus vigeſimus primus ad maiorem aetatem erat conſtitutus, quod ex charta Ludouici R. filii primogeniti patet.

§. X.

Carolo VII. R. proceres maiorem praefixerunt aetatem ad XXI. annos.

§. XI.

Poſtea Philippus Rex XIV. annos maioritatis terminum definiuit, quod deinde Reges confirmarunt ſequentes.

§. XII.

Caroli V. R. ſolemnis conſtitutio de maiori Regis aetate.

§. XIII.

Carolus IX. R. G. quando regnum Galliae ſuſceperit, oſtenditur.

§. XIV.

De Ludouico XIII. Rege, qui quarto decimo aetatis anno regni habenas ſuſcepit.

§. XV.

Simili modo Ludouicus XIV. a matre accepit imperium quatuordecim habens annos.

§. XVI.

Quinam maiorennitatis annus in Anglia obtineat, docetur.

§. XVII.

In Sueciae regno per unionem hereditariam ad maiorem aetatem decimus octauus annus definitus eſt.

§. XVIII.

Carolus XI. rex Suecorum XVII. annos natus, in ſolemni regni conuentu imperii clauum atque inſignia cepit.

§. XIX.

Apud Scotos annus XXI. primum ad maiorem requiſitus aetatem, poſtea Scto Kennethi III. alius determinatus eſt.

§. XX.

Annus aetatis decimus quartus per legem regiam Danorum A. 1660. ad maiorem aetatem fuit definitus.

§. XXI.

Apud Polonos annus aetatis decimus quintus ad maiorem requiritur aetatem.

§. XXII.

Bohemiae reges anno aetatis decimo quarto maioris aetatis ex Caroli IV. priuilegio haberi volunt.

§. XXIII.

In Germaniae electoratibus circa maiorem aetatem definitus fuit annus aetatis decimus octauus.

§. XXIV.

Diſtinguitur inter ius, vocem et poteſtatem eligendi Romanorum imp. atque ipſam terrarum adminiſtrationem vel educationem principis elect.

§. XXV.

Quando principes imperii fiant maiores, docetur.

§. XXVI.

Principis tutelam ius ciuile, Saxonicum et priuilegia definiunt.

§. XXVII.

Arbitraria olim apud Germanos fuit maior aetas.

§. XXVIII.

Fridericus Iunior Auſtr. Sigismundi agnati tutelam ſuſcipiens quidnam cauerit.

§. XXIX.

Alberti II. Vngariae Bohemiaeque regis filius Vladislaus quanam conditione tutelae Frid. III. commiſſus fuerit.

§. XXX.

Apud Bauaros annus maioris aetatis decimus octauus fuit definitus.

§. XXXI.

Thuringiae Landgrauiorum et comitum annus maioris aetatis hodie vigeſimus primus eſt.

§. XXXII.

In ſeren. gente Brunſuicenſi ex maiorum inſtitutis annus aetatis decimus octauus ad maiorem aetatem fuit definitus.

§. XXXIII.

Iulius tamen Brunſuicenſis dux in vltimis tabulis ſuis annum vigeſimum quintum iterum definiuit.

§. XXXIV.

Ad aetatem XVIII. annorum prouocatur in pactis inter Henricum et Wilhelmum fratres.

§. XXXV.

In domo Palatina conſtitutio Rupertina maiorem aetatem definit.

§. XXXVI.

Apud Haſſiae Landgrauios lineae Darmſtadienſi annus aetatis maioris XVIII. definitus eſt, ſecus eſt in domo Haſſo-Caſſellana ſerene.

§. XXXVII.

In domo Holſatica XVIII. annus maioris aetatis determinatus eſt.

§. XXXVIII.

In domo Meclenburg. annus vigeſimus quintus obtinet.

§. XXXIX.

In domo Anhaltina decimus octauus requiritur.

§. XL.

Quidnam inter comites obtineat monſtratur.

§. XLI.

Principes imperii non per pacta gentilitia ſolum, ſed etiam per teſtamenta maiorem aetatem poſſunt definire.

§. I.

§. I.

De maiore Regum Principumque aetate ſaepius fuit diſputatum, quonam tempore iſta ſit ponenda. Communiter vigeſimus quintus aetatis annus ſtatuitur, eo quod ad Regni adminiſtrationem non quodcunque iudicium, ſed perfectiſſimum requiratur (*a*). Alii annum decimum quartum definiunt (*b*), eo quod vacillans regis iudicium ſagax conſiliariorum prudentia poſſit ſuſtentare. BARTOLVS autumat, regem, qui egreſſus eſt annum decimum quartum, exercere equidem poſſe iurisdictionem ſimplicem, non vero ſine curatore regnum adminiſtrare, quem alii ſequuntur (*c*). Alii regi quidem puberi regnum eſſe committendum arbitrantur, ita tamen, vt nihil ſine conſiliariis expediat. GROTIVS (*d*), vbi tempus legibus non ſit definitum, illud ex coniecturis probabilibus, ait, eſſe aeſtimandum, id quidem quando puer ratione vti incipiat, ex actibus quotidianis, aut etiam ex eo, quod communiter in quaque regione accidit, eſſe deſumendum (*e*). Ad hoſce vero ſcrupulos euitandos, in plerisque regnis certa aetas eſt definita.

§. II.

In hiſtoria antiquiori diuerſa extant exempla impuberum, qui in minori adhuc aetate conſtituti regiminis habe-

(*a*) GVTIEREZ c. XVIII. n. 4. KLOCK. Vol. I. Conſ VI. a. 213.
(*b*) GOTHMANN Vol. I. *Reſp* XLII. n. 47. PEREYRA *Repet.* l. 3. C. de *Reſt Minor.* n. 40.
(*c*) CORSETTVS de *excell. et pot. Reg.* Quaeſt. XVI. BENEDICTVS in cap. RAYMVTIVS n. 52.
(*d*) lib. III. c. XX. §. 1.
(*e*) lib. II. c. XI. §. 5.

petat, ſolus ſupereſt pupillus, qui maior factus rationes deſiderare poteſt:

§. XIII.

Tutores ad rationes de adminiſtratione ſubſtantiae reddendas obligantur omnes (§. VIII.) de fructibus vero ſolummodo teſtamentarii vel datiui (§. X.). Et inde quoque eſt, quod tutori finita tutela de adminiſtratione bene geſta apocha dari ſoleat. Sic Fridericus Wilhelmus Saxoniae Electoratus adminiſtrator apocham ab Electore Chriſtiano II. maiorenni facto accipiebat, de qua MVLLER (*t*): *bekam Herzog Friedrich Wilhelm - Schreiben von Churfürſt Chriſtian dem II. und mit demſelben die Quittung wegen geführter zehnjährigen Vormundſchafft, deſſen der Herzog ſehr froh war.* De apocha data Chriſtiano I. Saxoniae Electori a ducibus lineae Erneſtinae, idem MVLLERVS d. 9. Dec. 1587. *haben auf Churfürſt Chriſtians I. Erſuchen, die beeden Gebrüdere Johann Caſimir und Johann Ernſt wegen ſeines Vaters Churfürſt Auguſts, über dieſelbe und dero Fürſtenthum und Lande Coburg- und Eiſenachiſchen Antheile geführte Vormundſchafft eine ſchrifftliche Quittung ausgeſtellet.* d. 20. Dec. *haben die beeden Gebrüdere zu Weimar Friedrich Wilhelm und Johannes, gleich denen Herzogen Fränckiſchen Theils, eben eine ſolche Vormundſchaffts-Quittung Churfürſt Chriſtian I. wegen ſeines Vaters über beſagte Herzoge und dero Weimariſche Lande geführten Curatel ausgeantwortet.* Cum Iohannes Erneſtus Vinarienſis maiorennitate conſequuta regiminis adminiſtrationem a tutore ſuo Io. Georgio I. Saxoniae El. deſideraret, varia de apochae conceptione ſunt diſceptata. Sic in hiſtoria finitae tutelae Vinarienſis Conſiliarii Electorales matri pupillorum proponunt (*u*): *und welchermaſen Ew. Churfürſtl. Gn.* ge-

(*t*) *Annal. Saxon.* d. 2. Iulii 1602. p. 230.

(*u*) apud LVDEWIG de *aetate legitima puberum et maiorum* p. 170.

gegen ihro Fürſtl. Gn. ſich darauf reſolviret, auch zur Reſignation freundlich anerbötbig gemacht, wofern nur der Quittung halber, deren Notul Ew. Churfürſtl. Gn. ihro Fürſtl. Gn. alsbald zugeſchickt, dergeſtalt Erklärung erfolgte, daſs Ew. Churfürſtl. Gn. und dero Poſterität hierunter genugſam geſichert ſeyn könnten. Wann dann ihre Fürſtl. Gn. ſolche NOTVL, allermaſſen dieſelbe von Ew. Churfürſtl. Gn. verfaſſet worden, approbiret und beliebet, auch die Vertröſtung gethan; daſs Ew. Churfürſtl. Gn. Herr Vetter und Pfleg-Sohn, der Durchlauchtige Hochgebohrne Fürſt und Herr, Herr Johann Ernſt, der jüngere, Herzog zu Sachſen, Jülich, Cleve und Bergk, Landgraff in Thüringen, Marggraf zu Meiſſen, Graff zu der Margk und Ravensbergk, Herr zu Ravenſtein etc. J. Fürſtl. Gn. geliebter Herr Sohn, unſer gnädiger Fürſt und Herr, ſolche volnziehen ſolte, mit ferner freundlicher Bitte, Ew. Churf. Gn. wolten nunmehr, was zur reſignation nöttigk anordnen: So betten Ew. Churfürſtl. Gn. ihrer Fürſtl. Gn. freundlichen ſuchen und bitten nicht allein Stadt und Raum gegeben, und den 30. dieſes zu ſolchem Werck deputiret, ſondern auch uns ſaemtlichen mit gnugſamen Vollmachten und Befehl hierzu ablegiret und abgefertiget. Dieweil aber bey dieſem Werck dahin ſonderlich zu ſehen, daſs beedes die RESIGNATIO und die AUS ANTWORTUNG der Quittung dagegen vno et eodem actu *geſchehe und erfolgte, zuvor auch fleiſſige collation der uns mitgegebenen Notull der Quittung, mit den vollnzogenen Original angeſtellet werde, ſo lieſſen Ew. Churfürſtl. Gn. ihrer Fürſtl. Gn. hiermit freundlich erſuchen, die Verfügung zu thun, damit durch jemand vertrautes, die volnzogene Original-Quittung uns gezeiget, und darauf die Collationirung vorgenommen, und das Hauptwergk befördert werden könne. Dann von E. Churf. Gn. wir austrücklich im Bevehl,* ante collationem *und Vergleichung der Ausantwortung, zum Heuptwergk nicht zu ſchreiten. Hierauff hat die Fürſtl. Witthe ſich ein wenig mit dem von Miltiz unterredet, und durch denſelben folgends antwortten laſſen, ihre Fürſtl.*

 Gn.

Gn. betten angehöret, was uf gnedigſten Bevehl - - Erinnerte ſich, daſs nach tödtlichen Abgang des Durchlauchtigen Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Chriſtiani des andern etc. E. Churf. Gn. vielgeliebten Herrn Bruders Hochlöblichſter Gedächtniſs, E. Churf. Gn. ſich der Tutel ihrer geliebten Söhne und Adminiſtration des Weimariſchen Fürſtenthums, als nechſten Mitbelehnten unterzogen. Erkennete und rühmete mit Danckbarkeit E. Churf. Gn. groſſe gehabte Mühewaltung, auch ihren Fürſtl. Gnd. und dero vielgeliebten Söhnen geleiſten treuen Schutz, wuſte ſich darneben wohl zu entſinnen, was an E. Churf. Gn. ſie vorruckter Zeit geſchrieben, und wegen reſignirung derer von E. Churf. Gn. getragenen Weimariſchen Vormundſchafft und Landes-Regierung bey derſelben freundlichen geſucht, darauf Ew. Churf. Gn. eine Quittungs-Notul anher geſendet, mit dieſer Erklährung, wann dieſelbe durch Herzog Johann Ernſten Fürſtl. Gn. volnzogen, daſs alsdann Ew. Churf. Gn. demſelben die tutel und Adminiſtration übergeben wolten. Weil dan mit E. Churf. Gn. ſich Ew. Fürſtl. Gn. der Notul halber Inhalts ergangenen Schrifften, vorglichen, ſo hätten ihre Fürſtl. Gn. gerne vernommen, daſs Ew. Churf. Gn. uns anhero abgeordnet, die Deſignation gebührlichen ins Werck zu ſtellen, belangende nun die Quittungs-Notull, ſey ſolche ungeſäumet und ungeendert vollnzogen, ſolte uns in Original vorgezeiget werden. Es wäre auch ihren Fürſtl. Gn. nicht zuwider, daſs die Collationirung fürgenommen, darzu ſie dan etliche vertraute Perſonen wolte abordnen. Wir haben hierauf geantwortet, daſs - - vernehmen hiernächſt gantz gern, daſs die Quittungs-Notul volnzogen und wolten nach Mittag der Exhibition und Collationirung gewarten. Collatione deinde facta ſolenniter reſignatio tutelae et traditio apochae eſt facta, de qua porro: *Dieweil Sr. Churf. Gn. inhalts einer verglichenen und nunmehr vollnzogenen Notull der begehreten Aſſecuration halber gnugſam verträſtung geſchehen, ſo haben Se. Churf. Gn. zu obbeniemter Uebergebung und Deſignation dieſen Tagk benennet,*

und

und unſern Perſonen ſämtlich ſolches an Sr. Churf. Gn. ſtatt, im Nahmen der Heil. Dreyfaltigkeit die Vormundſchafft Ew. Fürſtl. Gn. unmündigen Herrn Brüdere, ſowohl die bisher geführte Weimariſche Adminiſtration und Landes-Regierung Euern Fürſtl. Gn. (alhier iſt mit dem Reden etwas inne gehalten worden, und habe ich der Grafe Sr. Fürſtl. Gn. das Cantzeley-Siegel, ſowohl die Schlüſſel überantwortet, dargegen von Sr. Fürſtl. Gn. mir reciproce, *alsbald und zugleich* vice mutua *die volnzogenen Original-Quittung und reverſes über die Baley Duringen wiederum zugeſtellet worden) hiermit übergeben, überreicht, aufgetragen und anvertrauet.* Inter Wilhelmum medium et iuniorem Haſſiae Landgrauios de rationum redditione et danda apocha tali ratione conuenit (*x*): *Nachdem ſich etliche Irrung und Gebrechen zwiſchen den Hochgebohrnen Fürſten - - Herrn Wilhelmen, dem mitlern, Landgrafen zu Heſſen und Herrn Wilhelmen den jüngern, auch Landgraven zu Heſſen - - gehalten haben, und ſunderlich einer Rechnung halber, ſo der bemeld Landgrav der mittler von dem obgenanten Landgraven Wilhelmen dem jüngern, ihme zu thun begehrte, und gefodert hat von allen einnemen und ausgeben, in Zeit, als etwa der Hochgebohrne Fürſt, Herr Landgrav Wilhelm, des mittlern, Fürmuuder geweſt iſt, und ſolcher Vormundſchafft halber ingenommen und ausgeben, haben wir - - ſie - - geſcheiden - -* item *zum erſten ſoll Landgrave Wilhelm, der mitler, für ſich - - Landgrav Wilhelm dem jüngern quittiren und verzeihen, auf daſs alles, daſs ihme der gedacht Landgrav Henrich ſelbiger in Zeit und ſo lange er des bemelden Landgraven Wilhelms des mittlers Fürmund geweſt iſt, und von ſeinetwegen von Geld-Frucht und anders ufgenommen und ausgeben hat, alſo daſs der bemelt Landgrav Wilhelm der mitler, noch ſeyn erben, zu ewigen gezieten an den vorgenannten Landgraven Wilhelmen dem jüngern derhalben keine Rechnung fordern ſollen, geben zu Wormbs 1495.*

§. XIV.

(*x*) MVLLER *Reichstags-Theatrum* Maximil. I. Parte I. p. 611.

§. XIV.

Diximus tutores legitimos ad rationes reddendas non obligari (§. IX.). Aſt non deſunt, quae contra hunc ſententiam moueri queunt, dubia. Primo enim ordinationes politicae, quae de tutorum obligationibus diſponunt, omnes omnino tutores ad rationes reddendas obligant. Deinde, quae in imperiali cancellaria expediuntur tutoria, tutoribus rationum redditionem iniungunt, *wegen der Adminiſtration und Handlung zu gebührender und rechter Zeit Rechnung zu thun*, prout docet formula ſupra a nobis adducta (Cap. II. §. 17.). Porro non deſunt exempla rationum exactarum et redditarum, et licet haec ſint rariora, raritas tamen nemini ius quaeſitum aufert. Tandem apochae de fructuum et ſubſtantiae adminiſtratione datae non obſcure obligationem reddendarum rationum loqui videntur. Quamuis vero haec argumenta veritatis ſpecie non deſtituantur, nihilominus tamen ad probandam aduerſariorum ſententiam non ſufficiunt. Nam quod ad primum, ordinationes imperii politicae illuſtres ſolummodo obligant, quatenus receptae, quod vero illa diſpoſitio, qua tutores legitimi onere reddendarum rationum grauantur, ſit recepta, vix poterit probari. Formula illuſtrium tutoriis inſeri ſolita, de rationibus adminiſtratae ſubſtantiae, minime vero fructuum perceptorum eſt intelligenda. Et licet non deſint exempla rationum de fructibus perceptis redditarum, illa tamen non deſtruunt noſtram ſententiam, cum vel ex pacto obligatio ad rationes exhibendas adfuit, vel tutores fuerunt teſtamentarii aut datiui. Tandem quoque apochae tutori datae, non de reditibus et fructibus adminiſtratis, ſed potius de ipſa ſubſtantia pupillari bene adminiſtrata et conſeruata conſcribi ſolent.

§. XV.

§. XV.

Quod ad alienationes bonorum pupillarium attinet, eadem fere tutoris illuſtris, quae priuati ſunt iura. Sicuti enim vel ipſa aequitas iubet naturalis, vt tutores res conſeruent pupilli, ita quoque illuſtri tutori vel ex ipſa naturae lege omnes interdictae ſunt alienationes, niſi quae vel ex neceſſitate vel ad vtilitatem pupilli promouendam faciunt. Hinc res mobiles, quae ſeruando ſeruari nequeunt, absque ſuffragio imperatoris vel Camerae imperialis alienari poſſunt (y), an vero immobilium bonorum alienatio, ſi neceſſitas vel vtilitas alienationem ſuadet, cauſae cognitionem et magiſtratus decretum neceſſario requirat, non ſatis Ictos inter conuenit. Interim tamen ſuaderem, ne decretum imperatoris in alienandis illuſtrium bonis immobilibus negligatur, partim quia plerique Icti illud neceſſario requirunt (z), partim, quia iura Romana in cauſis illuſtrium, quatenus illuſtri conditioni et moribus patriis non contrariantur, omnino vſu ſeruantur et ſecundum ea in imperii tribunalibus iudicari ſolet. Idem, quod de alienationibus, dicendum quoque videtur de transactionibus nomine pupilli a tutore initis.

§. XVI.

Tutoribus quidem priuatis de pupilli bonis donare, non eſt permiſſum. Alia vero ratio eſt tutorum illuſtrium. Hi enim imperantis iuribus fruuntur. Saepe vero imperantes vel ad compenſanda bene merita, vel exigente dignitatis ratione, vel ex aliis cauſis non poſſunt non donare. Et

(y) GAIL Lib. I. obſ. 72. n. 8.

(z) KINGLER *de tutelis illuſtrium* p. 45. VVLTEIVS *de feudis* c. 3. ROL. A VALLE Vol. II. Conſ. 18. n. 72. STRYCK *de tutela materna* cap. IV. §. 15.

cum habet (*h*), ſi vero, prout inter duos ſit tutores, nulla exiſtere poteſt pluralitas et expeditio negotii moram non ferat, imperatoris, tanquam ſupremi tutoris, deciſum videtur expetendum. Si vero inter plures tutelae adminiſtratio eſt diuiſa, tunc haecce diuiſio vel ex ſola tutorum conuentione, vel ex magiſtratus auctoritate aut voluntate teſtatoris eſt facta. Hoc caſu ſinguli de ſua, non vero de cotutoria reſpondent adminiſtratione. Illo vero ſinguli obligantur in ſolidum, dum factum diuidentium tutorum nocere nequeat pupillo (*i*).

(*h*) De quo concluſum iudicii imperialis aulici in cauſa *Fugger* apud MOSER T. XVIII. p. 62. *bleibt der hinterlaſſenen Gräfl. Witbe frey und unbenommen*, in cauſis maioris momenti *ſich bey Jemanden, wo es ihr gefällt, Raths zu erholen, und in Fällen wo angezogene beede Vormünder ſich nicht vereinigen mögen, ein oder der andern Meinung beyzutretten, und ſoll ſodann diejenige Meinung, welcher beſagte Witbe beypflichten wird, als ein Schluß derer maiorum angeſehen, und dieſen auf das genaueſte nachgelebt werden.*

(*i*) L. fin. C. *de diuid. tutel.* L. 38. §. 1. *de adminiſtratione tutor.*

CAPVT V.

DE
MAIORE PRINCIPVM AETATE.

AVCTORE

B. BVRCH. GOTTH. STRVVIO.

SVMMARIA.

§. I.

Quonam tempore illuſtres fiant maiorennes variae ſunt ICtorum opiniones.

§. II.

Varia ex antiquitate exempla minorennium, qui regiminis gubernacula tenuere.

§. III.

§. III.

In Siciliae regno Hieronymus nepos Hieronis XV. annorum regnum ſuſcepit.

§. IV.

De Ottonis III. Henrici IV. et Friderici II. Imperatorum maiori aetate.

§. V.

Carolus V. poſtea imp. vix pubes factus regnum habuit.

§. VI.

Hodie maiorennitatis terminus eſt XVIII. annorum praefixus imperatori.

§. VII.

De maiori aetate regni Portugalliae.

§. VIII.

In Hiſpania maiorennitatis terminus fuit primo annus trigeſimus mox decimus quartus.

§. IX.

Apud Galliae principes annus vigeſimus primus ad maiorem aetatem erat conſtitutus, quod ex charta Ludouici R. filii primogeniti patet.

§. X.

Carolo VII. R. proceres maiorem praefixerunt aetatem ad XXI. annos.

§. XI.

Poſtea Philippus Rex XIV. annos maioritatis terminum definiuit, quod deinde Reges confirmarunt ſequentes.

§. XII.

Caroli V. R. ſolemnis conſtitutio de maiori Regis aetate.

§. XIII.

Carolus IX. R. G. quando regnum Galliae ſuſceperit, oſtenditur.

§. XIV.

De Ludouico XIII. Rege, qui quarto decimo aetatis anno regni habenas ſuſcepit.

§. XV.

Simili modo Ludouicus XIV. a matre accepit imperium quatuordecim habens annos.

§. XVI.

Quinam maiorennitatis annus in Anglia obtineat, docetur.

§. XVII.

In Succiae regno per unionem hereditariam ad maiorem aetatem decimus octauus annus definitus eſt.

§. XVIII.

Carolus XI. rex Suecorum XVII. annos natus, in ſolemni regni conuentu imperii clauum atque inſignia cepit.

§. XIX.

Apud Scotos annus XXI. primum ad maiorem requiſitus aetatem, poſtea Scto Kennethi III. alius determinatus eſt.

§. XX.

Annus aetatis decimus quartus per legem regiam Danorum A. 1660. ad maiorem aetatem fuit definitus.

§. XXI.

Apud Polonos annus aetatis decimus quintus ad maiorem requiritur aetatem.

§. XXII.

Bohemiae reges anno aetatis decimo quarto maioris aetatis ex Caroli IV. priuilegio haberi volunt.

§. XXIII.

In Germaniae electoratibus circa maiorem aetatem definitus fuit annus aetatis decimus octauus.

§. XXIV.

Diſtinguitur inter ius, vocem et poteſtatem eligendi Romanorum imp. atque ipſam terrarum adminiſtrationem vel educationem principis elect.

§. XXV.

Quando principes imperii fiant maiores, docetur.

§. XXVI.

Principis tutelam ius ciuile, Saxonicum et priuilegia definiunt.

§. XXVII.

Arbitraria olim apud Germanos fuit maior aetas.

§. XXVIII.

Fridericus Iunior Auſtr. Sigismundi agnati tutelam ſuſcipiens quidnam cauerit.

§. XXIX.

Alberti II. Vngariae Bohemiaeque regis filius Vladislaus quanam conditione tutelae Frid. III. commiſſus fuerit.

§. XXX.

Apud Bauaros annus maioris aetatis decimus octauus fuit definitus.

§. XXXI.

Thuringiae Landgrauiorum et comitum annus maioris aetatis hodie vigeſimus primus eſt.

§. XXXII.

In ſeren. gente Brunſuicenſi ex maiorum inſtitutis annus aetatis decimus octauus ad maiorem aetatem fuit definitus.

§. XXXIII.

Iulius tamen Brunſuicenſis dux in vltimis tabulis ſuis annum vigeſimum quintum iterum definiuit.

§. XXXIV.

Ad aetatem XVIII. annorum prouocatur in pactis inter Henricum et Wilhelmum fratres.

§. XXXV.

In domo Palatina conſtitutio Rupertina maiorem aetatem definit.

§. XXXVI.

Apud Haſſiae Landgrauios lineae Darmſtadienſis annus aetatis maioris XVIII. definitus eſt, ſecus eſt in domo Haſſo-Caſellana ſeren.

§. XXXVII.

In domo Holſatica XVIII. annus maioris aetatis determinatus eſt.

§. XXXVIII.

In domo Meclenburg. annus vigeſimus quintus obtinet.

§. XXXIX.

In domo Anhaltina decimus octauus requiritur.

§. XL.

Quidnam inter comites obtineat monſtratur.

§. XLI.

Principes imperii non per pacta gentilitia ſolum, ſed etiam per teſtamenta maiorem aetatem poſſunt definire.

§. I.

§. I.

De maiore Regum Principumque aetate ſaepius fuit diſputatum, quonam tempore iſta ſit ponenda. Communiter vigeſimus quintus aetatis annus ſtatuitur, eo quod ad Regni adminiſtrationem non quodcunque iudicium, ſed perfectiſſimum requiratur (*a*). Alii annum decimum quartum definiunt (*b*), eo quod vacillans regis iudicium ſagax conſiliariorum prudentia poſſit ſuſtentare. BARTOLVS autumat, regem, qui egreſſus eſt annum decimum quartum, exercere equidem poſſe iuriſdictionem ſimplicem, non vero ſine curatore regnum adminiſtrare, quem alii ſequuntur (*c*). Alii regi quidem puberi regnum eſſe committendum arbitrantur, ita tamen, vt nihil ſine conſiliariis expediat. GROTIVS (*d*), vbi tempus legibus non ſit definitum, illud ex coniecturis probabilibus, ait, eſſe aeſtimandum, id quidem quando puer ratione vti incipiat, ex actibus quotidianis, aut etiam ex eo, quod communiter in quaque regione accidit, eſſe deſumendum (*e*). Ad hoſce vero ſcrupulos euitandos, in plerisque regnis certa aetas eſt definita.

§. II.

In hiſtoria antiquiori diuerſa extant exempla impuberum, qui in minori adhuc aetate conſtituti regiminis habe-

(*a*) GVTIEREZ c. XVIII, n. 4. KLOCK. Vol. I. Conſ VI. n. 213.

(*b*) GOTHMANN Vol. I. *Reſp* XLII. n. 47. PEREYRA *Rept.* l. 3. C. de *Reſt Minor*. n. 40.

(*c*) CORSETTVS de *excell. et pot. Reg*. Quaeſt. XVI. BENEDICTVS in cap. RAYMVTIVS n. 52.

(*d*) lib. III. c. XX. §. 1.

(*e*) lib. II. c. XI. §. 5.

benas ſuſceperunt. Audiamus IVSTINVM (*f*): *Nam et in Macedonia*, ait, *Philippus, mortuo Antigono, tutore, eodemque vitrico, annorum quatuordecim regnum ſuſcepit: et in Aſia interfecto Seleuco, impubes adhuc rex Antiochus conſtitutus eſt: Cappadociae quoque regnum Ariarabi puero admodum, pater ipſe tradiderat: Aegyptum, patre ac matre interfectis occupauerat Ptolomeus, cui ex facinoris crimine cognomentum Philopator fuit.* Sed et Spartani in locum Cleomenis ſuffecerunt Lycurgum. Et ne qua temporibus mutatio deeſſet, apud Carthaginienſes quoque aetate immatura dux Annibal conſtituitur, non penuria ſeniorum, ſed odio Romanorum, qui imbutum eum a pueritia ſciebant.

§. III.

De Siciliae Regno dicit LIVIVS (*g*): *de Hieronis nepote et ſucceſſore Hieronymus locutus: Poſt haec mandata quum exſpiraſſet, tutores prodeunt, teſtamento prolato, pueroque in concionem producto,* (erat autem quindecim tunc ferme annorum) *paucis, qui per concionem ad excitandos clamores diſpoſiti erant, approbantibus teſtamentum, caeteris velut patre amiſſo in orba ciuitate omnia timentibus: funus fit regium, magis amore ciuium et caritate, quam cura ſuorum celebre. Deinde caeteros tutores ſummouet Adranodorus, iuuenem iam eſſe dictitans Hieronymum, ac regni potentem: deponendoque tutelam, quae ipſi cum pluribus communis erat, in ſe vnum omnium vires conuertit.*

§. IV.

Circa impp. Germanicorum maiorem aetatem priſtinis temporibus nullus adhuc terminus erat definitus. Licet enim Otto III. Henricus IV. Fridericus II. in puerili adhuc aetate in imperio ſucceſſerint, atque ipſis tutores fuerint praefecti, nihil tamen de maiore aetate videmus fuiſſe de-

(*f*) lib. XXIX c. 1.
(*g*) lib. XXIV. c. IV.

decretum. Hoc ſaltim animaduertimus, Ottonem III. per annos fere viginti ſub tutore fuiſſe. Docet hoc DODECHINVS (*b*), ita ſcribens: *Temporibus Ottonis imperatoris huius nominis tertii, praefuit eccleſiae Moguntinae Villegiſus, archiepiſcopus memoria dignus, qui ipſum Ottonem adbuc valde puerum et imperatorem educauit, et interim per XVI. annos Romanum rexit imperium Dum itaque triennis eſſet, dum imperare inciperet, atque Willegiſus per ſedecim annos tutelam gereret, facile ſequitur, Ottonem circa viceſimum annum imperare coepiſſe.* Coincidunt fere ea, quae THEODORICVS ENGELHVSIVS (*i*) dicit: *Otto tertius puer XVIII. annorum coepit imperare.* Putat equidem Dnus de LVDEWIG (*k*), Willegiſum non vt tutorem, verum vt conſultorem atque rerum adminiſtrum fuiſſe; verum obſtat verbum *rexit*, quod de ſolo adminiſtro dici nequit, ſed de eo, qui habet poteſtatem.

§. V.

De Carolo V. Auſtriae Archi-Duce, poſt rege Hiſpaniae atque imperatore dicit PONTVS HEVTERVS (*l*) ad a. 1515. *qui paulo ante tutelam erat egreſſus, et ab auo Caeſare Maximiliano emancipatus, atque a Belgis in Principem dicto acceptoque ſacramento inauguratus.* Anno aetatis decimo octauo in Hiſpaniae regem eſt inauguratus, matre Ioanna regni gubernatione, ob cerebri laeſionem, petentibus proceribus, hac lege cedente, vt in omnibus edictis ac diplomatibus filii Caroli nomen matris ſemper poſtponeretur (*m*). Anno aetatis decimo nono electus fuit imperator.

§. VI.

(*b*) ad a. 1160.
(*i*) *Chronica* p. 1079.
(*k*) *de aetate puberum et maiorum regum, principum etc.*
(*l*) *Rer. Auſtr.* lib. VII. c. IX.
(*m*) teſte HEVTERO lib. VIII. cap. I.

§. VI.

Recentiori aetate, annus decimus octauus ad imperialem dignitatem requiritur. Docet hoc nos Leopoldi imp. exemplum, qui mortuo Ferdinando IV. ſeptimum et decimum ſaltim aetatis annum habebat, verum ipſius electio partim ob diuerſa Electorum ſtudia, partim ob aetatem fuit protracta; vsque dum d. VIII. Iulii poſtquam octauum et decimum aetatis attigiſſet, eligeretur. Magis hoc adhuc ex Ioſephi imp. Capitulatione pateſcit, in qua decernitur (*n*): *Wir ſollen und wollen uns auch zu keiner Regirung oder Adminiſtration im Heil. Röm. Reich, ſo lang Ihre Kayſerl. Maieſtät im Leben, oder nach dero Todt, welchen Gott annoch lang verbüten wolle, zu praeiudiz der Reichs-Vicarien, welche immittels die Reichs-Adminiſtration führen, die Expedition aber in unſerm Namen verfügen ſollen, unterziehen, bis wir das achtzehende Jahr unſers Alters erreicht und angefangen haben.* Licet poſt Leopoldi mortem, Ioſephus annum decimum octauum iamdum fuiſſet egreſſus. Et licet haec Capitulatio Ioſephum ſaltim obligaſſet, facile tamen patebit, hunc terminum in poſterum pro norma futurum.

§. VII.

In Portugalliae regno decimus quartus aetatis annus ad maiorem requiritur aetatem, de quo THVANVS (*o*): *Poſt Emanuelem anno huius Seculi XXI. mortuum regnauit Ioannes III. qui ex Catharina Caroli V. Caeſaris ſorore complures liberos ſuſtulit, ac tandem anno huius ſeculi LVII. fatis conceſſit, relicto ex omnibus ſuperſtite Sebaſtiano nepote regni herede, cum filius Ioannes Sebaſtiani parens ante quadriennium turbato ordine naturae e vita migraſſet. Puer rex ſimul ac minorem aetatem exiuit, hoc eſt XIV. annum attigit, id enim, ſicuti apud nos et apud*

(*n*) art. XLVII.
(*o*) lib. LXV. p. 237.

apud illos exemplo noſtro iuris eſt, Henricus Cardinalis patruus, qui tutelam regni tanquam proximior agnatus ſumpſerat, omnem cum tutela auctoritatem a ſe abdicauit. Recentiori aetate dicit relation de la Cour de Portugall (*p*): *la Coutume étant à l'egard des Rois de Portugal, auſſi bien que d'autres Nations, de les declarer Majeurs à l'âge de quatuorze ans.*

§. VIII.

In Hiſpania olim lex regni valebat, ne quis Hiſpaniam regat, niſi annos natus XXX. Poſtea Philippus II. ad maiorem aetatem annum aetatis decimum quartum poſuit et vt hic terminus obſeruetur, iniungit, de quo THVANVS: *poſtremo arcanum a Carolo V. ſapientisſimo rege olim apud nos ad vitanda interregnorum, quae ſub tutoribus et regentibus interueniunt pericula, excogitatum in ſuis regnis renouauit, ſtatuitque, vt quam primum Princeps annum quartum decimum attigiſſet, maior haberetur imperiumque per ſe adminiſtraret.*

§. IX.

Apud Galliae Principes, annus vigeſimus primus ad maiorem aetatem erat conſtitutus, prout ex Diplomate Ludouici, primogeniti regis filii de a. 1209. patet (*q*): Ludouicus domini regis Francorum primogenitus. Nouerint vniuerſi, ad quos praeſentes literae peruenerint, quod hae ſunt conuentiones inter karisſimum genitorem et dominum noſtrum et dilectam noſtram BLANCHAM comitiſſam Campaniae, ſcilicet quod praedictus genitor noſter THEOBALDVM filium praedictae comitiſſae tenebit ab inſtanti Purificatione beatae Mariae vsque ad quatuor annos et ex

(*p*) teſte MOLINAEO lib. CXX. p. 793. de *Primog.* lib. I. c. II. GVTIERETZ p. I. de *Tut.* c. XVIII. Adde CHOPPINI tr. de *Mor. Pariſ.* lib. II. Tit. III. n. 2. LVDEWIG de *Puberum aetate* cap. III. §. 19. cap. VI. §. 9.

(*q*) Extat apud MARTENE Theſ. *Anecd.* Tom. I. p. 816.

tunc in antea praedicta comitiſſa habebit dictum TH. filium ſuum quandocumque voluerit. Dictus autem genitor noſter tenebit Brauim et Monſteriolum, ſicut modo tenet, et per eas conuentiones quibus nunc tenet, videlicet dum dictus TH. habeat viginti et vnum annos et iuramenta baronum et ciuitatum, caſtrorum, et terrae dictae comitiſſae, dicto genitori noſtro facta vult teneri, quousque dictus TH. filius comitiſſae habeat viginti et vnum annos. Quando vero dicta comitiſſa ad terminum praedictum voluerit habere filium ſuum, ſi genitor noſter voluerit habere amplius terrae illius, quod tam ipſa quam TH. filius eius erunt fideliter ad ſeruitium ſuum, ipſi eum amplius iuramenta facient habere. Cum autem dictus TH. impleuerit viginti et vnum annos, genitor noſter recipiet eum in hominem ligium de terra, de qua pater eius tenens erat, quando deceſſit, ſaluo alterius iure, nec ante ipſum in hominem recipiet exinde genitor noſter, ſicut dictum eſt, quamdiu ipſa comitiſſa vixerit, niſi per ipſam comitiſſam. Et ſi filiae HENRICI quondam comitis conſanguinei noſtri vel aliquis alius eundem TH. vel comitiſſam traherent in cauſam de comitatu Campaniae, priusquam viginti et vnum annos impleſſet, dictus TH. vel comitiſſa non tenerentur reſpondere, exinde infra praedictum terminum, quamdiu idem TH. viueret citra viginti et vnum annos, nec genitor noſter audiret inde cauſam, quia vſus et conſuetudo Franciae talis eſt, quod nullus infra vigeſimum primum annum reſpondere debet ſuper hereditate, de qua pater eius tenens eſſet ſine placito cum decederet.

§. X.

Poſt Caroli VI. Gallorum regis mortem a. 1380. inſecutum, maior filii ipſius, Caroli VII. aetas a proceribus ad vigeſimum primum aetatis annum demum fuit definita, de

de quo FROISSARDVS (*r*): Caeterum et ſi voluntate regis ſtatutum fuit, penes quos adminiſtratio rerum eſſet futura, tamen Andegauus in eam ſe ingesſit, forſan ob maiorem aetatem: non admodum repugnantibus fratribus. Decretum inde fuit a regni primoribus (pares vocant) vt coronatione regis quam primum facta moderatio rerum esſet penes patruos, donec ad viceſimum primum annum rex nouus perueniſſet.

§. XI.

Licet autem Galliae regum maior aetas olim nondum eſſet, iſta tamen primum per Philippum regem Francorum a. 1334. ad annum aetatis decimum quartum fuit definita, de qua PIGANIOL DE LA FORCE (*s*): *L'age preſcrit par les loix du Royaume pour mettre les Rois en jouiſſance de leurs droits et de l'adminiſtration de leurs Etats, étoit anciennement celui de vingt et un an. Les troubles et les deſordres qui ſont inſeparables de Regences, firent penſer nos Rois à abreger la minorité de leurs ſucceſſeurs. Du Tillet à écrit, ſans en apporter aucune preuve, que ſous Philippe I. et ſous Philippe Auguſte, les Regences finiſſoient à l'âge de quinze ans. Cependant Louis VIII. fils du dernier ordonna que ſes enfans fuſſent ſous la tutelle de la Reine Blanche, jusqu' à ce qu'ils euſſent atteint vingt - un ans. Cependant Louis VIII. fils du dernier ordonna que ſes enfans fuſſent ſous la tutelle de la Reine Blanche, jusqu' a ce qu'ils euſſent atteint vingt - un ans. Quoy qu'en diſe du Tillet, il y a apparence que c'étoit l'uſage pour les Rois, comme pour les particuliers. En effet en l'an. 1184. Philippe Auguſte étoit tenu pour mineur, et il falloit qu'il eut alors 19. ou 20. ans. Philippe le Hardi en 1270. et 1271. fit deux Ordonnances pour établir le majorité des Rois à 14. ans. Mais il y a apparence que ces Ordonnan-*

(*r*) Lib. II. p. 217.

(*s*) *deſcription de la France* Tom. I. art. V.

nances, qui ſont au Treſor des Chartes, n'ont jamais été publiées; auſſi je n'en parle ici que pour faire connoitre les intentions de ce Prince. En 1334. Philippe de Valois et la Reine ſa femme, firent un partage entre leurs enfans, dans lequel ils ſemblent fixer la majorite à quatorze ans, en voici les termes: Promettent le Roi et la Reine, ſitôt que ledit Philippe ſera venu en l'age de 14. ans, de lui faire jurer d'accomplir ce qui etoit de ce partage. En fin le Roy Charles V. par ſon Edit perpetuel et irrevocable donne à Vincennes au mois d'Aouſt de l'an. 1374. et verifié l'année ſuivante au Parlement, ordonna qu' á l'avenir les Rois de France, ayant atteint l'âge de 14. ans, prendoient en main le Gouvernement de leur Etat, recevroient l'hommage de leurs ſujets, et ſeroient reputez Majeurs, comme s'ils en avoient vingtcinq. Les raiſons qu'il apporte pour appuyer ſon Edit, roulent ſur la bonne education que l'on donne aux Princes, et ſur ceque Dieu qui donne la ſouveraine Puiſſance aux Rois, ne manque pas de les enrichir au plûtôt des qualitez neceſſaires pour en faire un bon uſage. Les 14. ans dont il eſt parlé dans cette Declaration s'entendent de 14. ans commencez, c'eſt à-dire de 13. ans et un jour.

La ceremonie de la declaration de la Majorité de nos Rois, eſt une des plus compeuſes et des plus éclatantes; elle ſe fait ordinairement en plein Parlement dans un lit de Juſtice que nos Rois ne tiennent que dans cette occaſion, ou pour d'autres affaires qui concernent l'Etat. Dans ces auguſtes ſeances le Roi eſt aſſis ſous un haut dais préparé expreſſ. Les Princes du ſang et les Pairs du Royaume ſont ſur les hauts bancs. Le Grand-Maiſtre, le Grand-Chambellan et le Prevôt de Paris ſont aux pieds du Roi ſur les degrez. Dans le Parquet, et ſur les ſieges d'en bas, ſont le Chancelier, les Preſidens et les Conſeillers du Parlement. Ces officiers du Parlement ſont en robes rouges; les Preſidens avec leurs manteaux et leurs mortiers, et le Greffier avec ſon Epitoge, tant en été qu'en hyver. Les Huiſſiers de la Chambre ſont à genoux

dans

dans le Parquet, devant le Roi, tenant chacun une verge à la main. Il y a auſſi dans le Parquet pluſieurs ſieges pour les Archevêques, Evêques, Ambaſſadeurs, Chevalliers des Ordres, et autres Seigneurs qui n'ont point ſeance ſur les hauts ſans tenir Lit de Juſtice; les Officiers de cette Cour ſuperieure ſont en robe noire à l'ordinaire. Si c'eſt à l'Audience, ſa Majeſté eſt aſſiſe en un haut ſiege, ayant à la main gauche le Chancelier, les Preſidens, les Cardinaux et les Pairs Eccleſiaſtiques; et à la main droite les Princes du Sang, les Pairs Laïques, les Maîtres des Requêtes, et les Conſeillers du Parlement. La Declaration de la Majorité de Charles IX. ſe fit au Parlement de Roven dans un lit de Juſtice que ce Prince tint le dix-ſept d'Aouſt 1573. Celles de Lovis XIII. et de Lovis XIV. ſe ſont faites au Parlement de Paris. Deſcribit inde, qua ratione d. 7. Septembris 1651. factus fuerit maiorennis. Sic etiam THEODORVS GODEFREDVS (*t*), ſolennitates circa declarationem maioris aetatis Caroli IX. in Parlamento Rothomagenſi a. 1563. expoſuit. De Ludouico XIII. dicit GRAMONDVS: *ſub finem Autumni rex adultus imperii habenas more maiorum anno aetatis XIV. capesſit, maiorque de more Parlamenti placito pronunciatur rebus administrandis.*

§. XII.

Potisſimum vero Carolus V. rex Galliae per legem Pragmaticam a. 1374. annum aetatis decimum quartum ad maiorem Galliae regum aetatem definiuit. Hanc legem, dum multa in ſe contineat, ſingularia, integram hic inſeremus (*u*): *Carolus, Dei gratia, Francorum rex, ad perpetuam rei me-*

(*t*) *Ceremoniel de France* p. 457.

(*u*) Extat iſta, verum manca, apud LEIBNITIVM *Cod. Iuris Gent. Diplom.* Tom. I. p. 231. LIMNAEVM *Notitia Regni Franciae* lib. I. c. VIII. p. 211. ſed accuratior, apud du PVY *Traité de la Maiorité des Rois de France, aux Preuves* p. 155. ex quo habet du MONT. Tom. II. p. I. n. LXXVII. p. 94. Adde MASSONVM lib. IV. Ann. HERTIVM *de Tutela Regia* S. II. §. 4.

memoriam. Filios regum per Parentes educari et erudiri debere, vt Deum timeant, virtutum et virium profectum celeriter attingant, ſincere diligi, et primogenitos maxime magnis donis et altis honoribus decorari, reipublicae commodum, ſtatus regnorum et ſubditorum concernentibus, et tranquillitatis augmentandae, Praedeceſſorum Illuſtrium ſectando veſtigia, clare liquet. Bona enim terra diligenter colitur, vt fructus optimus reportetur. Multo magis ſunt filii regum per patres ſtudioſius nutriendi et docendi, vt virtutibus imbuantur, fortificentur et creſcant: et cum in adultam aetatem peruenerint, pueritiae redoleant bonos mores, qui ad maioris honoris culmen ſunt in Populis erigendi. Altius nempe praecepta ſumunt, quae teneris imprimuntur aetatibus. Illa vero vtilis cenſetur doctrina ac prudentia, quae ab aetatis initiis, atque ab Infantiae ipſius exordiis incboatur; vnde ſapiens: Fili, a iuuentute tua excipe doctrinam et ad canos inuenies ſapientiam. Caeterum aequum cenſetur reges filios ſuos vt ſeipſos diligere, tanquam ſuae ſenectutis Paſtores, et cuſtodes domus ſuae; cum natura eadem perſona reputentur cum ipſis: et Filii ſi non bene viuant, ad interitum Patris eſſent. Sane filios regum generaliter magnificandos, et bonorandos plus quam alios iura clamant. In quibus Parentes ceteris munificentiores eſſe debent. Nam ipſis ſolis remanentibus, poſt mortem memoria, et ſpe ducti quodammodo immortalitatem participant; vnde non magnificando vel honorando eosdem, donum Dei ſibi in filiis praeſtitutum negligere viderentur. Rurſus quod in honoribus ſint aliis fratribus, primogeniti praeferendi paterna benedictione pinguiori, ſatis patet ex benedictione, quam dedit Iſaac ipſe Iacob, ſic inquiens: Det tibi Deus de rore Caeli et de pinguedine Terrae abundantiam frumenti, et vini et olei. Seruiant tibi populi, et adorent Tribus; eſto Dominus Fratrum tuorum, et incuruentur ante te filii matris tuae. Porro ſumme debent reges attendere, quod beneficia filiis ſuis praecipue primogenitis impenſa cum publica vtilitate concurrant; cum baec duo poſt Deum ſibi debeant exiſtere chariora

riora, confidentes in filiis rempublicam, poſt ipſorum obitum, feliciter conſeruari in ipſius negotiis peragendis; ſic intendentes ſolerter ea quae periculoſiora ſunt, nequaquam ſine remedio reformationis accommodae relinquant: ſed ſic reſpiciant oculate, quod Populus ab opprimentium protectus incurſibus, exuberantia virtutum quieſcat in pulcritudine pacis, in tabernaculis fiduciae, et Reginae temporalium opulentiae, res quoque publica ſit ſuis temporibus in bona proſperitate. Poſtremo ſuper regimine regni debemus praedeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhaerere, et inter bonos meliores, et inter meliores optimi ſunt ſectandi. Hinc eſt, quod nos conſiderantes attente aetatem quatuordecim annorum, ſeu et minorem, nullatenus repugnare regiae dignitati, vel adminiſtrationi nanciſcendae vel ſuſ[illegible]dae regnorum: Ioas enim vnctus fuit, et regnauit aetatis ſuae anno [illegible]timo. Ioſias annorum octo erat, quando regnare coepit. Dauid paruulus in regem vnctus eſt; et Salomonem elegit Deus adhuc puerum et tenellum: et iſti reges fecerunt placitum coram Domino. Hieremias puer ſuper gentes conſtitutus eſt. Conſiderantes quod annus decimus quartus diſcretionis exiſtit, et in ipſo quod ad plures actus legitimos exercendi et aſſueſcendi ſint nobiles ad labores militares et opera bellicoſa; et quod nonnulli reges, tam praedeceſſores noſtri quam alii hac aetate, ſeu paulo ante, vel poſt regnorum gubernacula aſſecuti, magnifice et vtiliter regnauerunt: quod filii regum Franciae ſolent cura peruigili inſtrui et educari in bonis moribus, virtutibus et bonore. Quapropter ipſos veriſimiliter traditur plus illo tempore profeciſſe, quam alios minoris ſtatus aetate longe maiori, iuxta illud quod ſcribitur, Caeſaribus virtus contigit ante dies, atque in corde noſtro indelebiliter eſt ſcriptum, qualiter ſanctiſſimus atauus, et Praedeceſſor noſter, Patronus, Defenſor, et Dominus ſingularis beatus Ludouicus, flos, decus, lumen et ſpeculum, nedum regalis proſapiae, ſed omnium Gallicorum, cuius memoria in benedictione eſt, et non relinquetur in ſaecula, ac diuina protegente gratia, nullius mortalis criminis ſenſiſſe contagium perhibetur, regnumque et rempublicam ſic laudabiliter gubernauit, quod geſta ipſius praeclara (quae mundus mirabitur, quamdiu ſol permicabit) per nos ad ſucceſſores noſtros merito ad conſequentiam trahi debent: ſic, quod ſua actio noſtra inſtructio videatur. De ipſo enim legitur, quod regni maximi et potentes inimici, agente Deo, ipſius pueri regis viribus ſunt repulſi, aetatis ſuae quarto decimo anno regni regimen aſſumpſit, recepit homagia, ſeu fidelitatis iuramenta praelatorum, parium, et aliorum Vaſallorum

rum, fuitque ſacra regali unctione inunctus et coronatus. Videntes, et dierum creſcente malitia mundi iugiter in deteriora prolabi, et non ex diuinae prouidentiae defectu, ſeu debiti rerum ordinis, ſed ex propriis demeritis; in hominum mentes aſſueta deprauante nequitia in illis malorum paſſim cumulum ſuperaddi, atque quaſi damna infinita per adminiſtratores alienos minoribus illata et irrogata fuerunt temporibus retroactis; nec ceſſant, proh dolor! inceſſanter inferri. Exactique temporis conſideratio edocet, et penſata euidenter diſcrimina manifeſtant, quot et quantis aliena, longaeua, et peregrina regimina plena periculis extiterunt. Quibus de cauſis et aliis, ut minorum indemnitatibus ſuccuratur, et ipſi frequenter veni[illegible]etatis impetrant; et nos, et Praedeceſſores noſtri in concedendo eandem, conſueuimus nos exhibere petentibus liberales; quodque rex et dominus naturalis ac legitimus plus diligitur a ſubditis, quam quicunque regens, pro eo videtur libentius, et ſibi ab eisdem promptius obeditur, retrahunturque a facinoribus, et delictis ſolum dominum videndo, et ut frequenter viſum eſt, puerum, iuuenem vel infantem, ad bonum obedientiae et ſeruitiorum promptitudinem excitantur, audaces ac magnanimi fiunt, ac magis in omnibus virtuoſi. Macedones enim praelio pulſi rege ſuo, regis defuncti filio exiſtente in cunis, pene in aciem poſito, acrius repetiere certamen, et victores fuerunt propter praeſentiam eiusdem; oſtendentes priori bello regem, non virtutem Macedonibus defuiſſe; et Gallici Chilpericum regem Franciae, cuius auctoritate et nomine aetatis quatuor menſium exiſtentis regnum regi voluerunt, intuentes per reginam matrem ſuam ad exercitum inter brachia portari, ita ſtrenue bellauerunt, quod dictus Chilpericus glorioſisſimum habuit et obtinuit triumphum. Pacifico ſtatui regni noſtri, nedum pro noſtris, ſed perpetuis temporibus cupientes ſinceris affectibus prouidere, ad vitandas diſcordias, remouenda ſcandala, et alia inconuenientia, et detrimenta maxima, quae, niſi prouideretur, timerentur veriſimiliter euenire: praemisſis omnibus et ſingulis, quantum nobis ex alto permittitur, meditatis prudenter, ut agere conſiderate posſimus: ad omnem dubitationis materiam ſubmouendam, habita ſuper hoc deliberatione matura, et conſilio pleniori, cum pluribus Praelatis, perſoniſque notabilibus, Clericis et Laicis, declaramus, decernimus, ordinamus, et hac edictali lege noſtra irrefragabili, et in perpetuum valitura definimus, conſtituimus, et ſancimus de noſtra certa ſcientia, de regiae plenitudine poteſtatis, ut ſi nos vel ſucceſſores noſtros nutu diuino decedere, vel ab hac luce migrare contigerit, filio noſtro maſculo primogenito, ſeu primogenitis regum ſucceſſorum

no-

noſtrorum pro tunc exiſtentibus minoribus quatuordecim annis, eo ipſo quod dictus primogenitus noſter, ſeu primogeniti praedictorum ſucceſſorum noſtrorum quartum decimum annum ſuae aetatis attigerint, vel eisdem decedentibus, ſiue Filiis maſculis fratres ſui ab eodem patre procreati, naturales et legitimi, ſecundum debitum ordinem originis eorundem dictum annum decimum quartum attingentes, quos ex nunc, prout ex tunc, quo ad infra ſcripta, puberes ſtatuimus et decernimus, reputari habeant et habere debeant regimen et adminiſtrationem regni, Homagia, et iuramenta fidelitatis per Praelatos, Fratres, Pares, Principes, ſeu quascumque perſonas alias, eccleſiaſticas vel ſaeculares, praeſtanda et facienda, etiamſi Archiepiſcopali, Epiſcopali, regia vel alia quacunque praefulgeant dignitate, recipiant et admittant. Illi vero, qui ad eadem praeſtanda vel facienda erunt quomodolibet adſtricti, illa dicto tempore ſibi facere, et praeſtare neceſſario teneantur: Donumque munificum ſacrae unctionis regalis, ſceptrum, coronam, Diadema, Veſtimenta, et alia inſignia regalia vniuerſa et ſingula recipere valeant pro ſuae libito voluntatis: teneant, ac plenum ſortiantur effectum iuramenta tam in ſacra unctione vel coronatione quam alias tunc per eosdem praeſtita, nec non gratiae, pacta, conuentiones, et promiſſiones factae ſuis ſubditis et vaſallis, ſeu aliis perſonis, Eccleſiaſticis vel ſaecularibus quibuscunque, ac ſi eſſent maiores viginti quinque annis, faciantque et diſponant in omnibus et per omnia, prout bonus rex Francorum facere poteſt, et eidem competit ratione ſui praecelſi culminis, ac dignitatis ſupremae ſuae regiae Maieſtatis, conſuetudinibus non obſtantibus quibuscunque: cum enim ſint ac fuerint ab antiquo pro domanio regni regendo et conſeruando, actibus bellicis ad laudem, honorem et vindictam malorum, ſi opus fuerit, exercendis et ad prouinciarum regimen, ac pro debita iuſtitia, quae hucusque (Laus Deo) in regno noſtro dicitur floruiſſe absque acceptione perſonarum, omnibus et ſingulis miniſtranda officia ordinata, viriique ſpectabiles, illuſtres et ſuper illuſtres, litterati, prudentes, et ſcientifici, quorum opinionibus et operationibus floret orbis commiſſi et deputati ad huiusmodi officia gubernanda, impendenda obſequia, ac miniſtranda conſilia maieſtati regiae, in omnibus quae ius publicum concernunt, et ſuper adeptione vel adminiſtratione regni non reperiatur certa aetas conſtituta vel praefinita a iure in rege, qui ſolutus eſt legibus, cum iura dicentia aetatem exigi in minoribus, loquantur iurium ditioni ſubiectis, dignum prorſus et congruum arbitramur, tam ex his, quam ex ſupra dictis, in dicto anno quarto decimo ſupra ſcripto filios noſtros, vel ſucceſſores noſtros in

caſibus ſuperius declaratis, regimen et adminiſtrationem regni nanciſci ſuſcipere et habere, ac omnia facere, quae ad verum regem pertinent, vt ſuperius eſt praemiſſum. Si quis autem in tantam proruperit temerariae praeſumptionis audaciam, quod praemiſſa vel aliquod praemiſſorum per ſe vel per alium, publice vel occulte, nixus fuerit impedire, ſeu ſuper eisdem ſe inobedientem reddiderit vel rebellem, omni iure ſucceſsionis, et Regni regiminis vel adminiſtrationis eiusdem, quod pro tunc et futuro tempore ſibi competere poſſet, nec non dignitatibus, terris, feudis et domaniis, quae in regno noſtro tenebit, et etiam mandantes, agentes, et conſentientes, ſeu ratum habentes, eo ipſo nouerint ſe priuatos. Ne autem noſtra praeſens lex vel conſtitutio deinceps in diſputationis materiam deducatur; ſed ſi quae ſuper ipſa praetenderetur ignorantia, craſſa dici debeat et ſupina: volumus et decernimus eandem ſolemniter publicandam, et in Archiuo Chartarum noſtrarum ad perpetuam memoriam redigendam. Datum in caſtro noſtri Nemoris Vincennarum menſe Auguſto, Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quarto: Regni vero noſtri vndecimo. Per regem in conſilio ſuo, D. BLANCHET. *Duplicata. Imprimé dans les ordonnances de France de Fontamon. Cette Loy ou conſtitution Royale fut publiée au Parlement du Roy en ſa preſence de par luy, tenant ſa juſtice en ſon dit Parlament, en ſa magnificence ou Majeſté Royale, le vingtiéme jour de May, l'an de grace mil trois cens ſoixante quinze. A ce furent preſens Monſieur le Dauphin de Viennois Fils aisné, Monſieur le Duc d'Anjou Frere du Roy noſtre Sire, le Patriarche d'Alexandrie, les Archeveſque de Rheins et de Tholoze, les Eveſques de Laon, de Meaux, de Paris, de Cornuaille, d'Auxerre, de Neveurs et d'Evreux, les Abbez de Saint Denis en France, de l'Eſtoure de Saint Waaſt, et de Sainte Colombe de Sens, de S. Cyprian, et de Vendosme, Chancelier du Duc d'Anjou, le Recteur et pluſieurs Maîtres Docteurs en Theologie, Docteurs és Decrets, et autres ſages Clercs en l'Univerſité de Paris, le Doyen et Archidiacre de Brie, le Chancelier et Penitencier, et pluſieurs autres notables perſonnes de l'Egliſe de Paris. Monſieur le Chancelier de France, les Comtes d'Alençon, d'Eu, et de la Marche, Meſſire Robert d'Artois, le Comte de Brenne et de l'Isle et Meſſire Reymond de Beauſort, le Prevoſt des Marchans et les Eſchevins de la Ville de Paris, et pluſieurs autres gens Sages et notables, tant Clercs comme Laiz en grand nombre. Et eſt cette Loy ou conſtitution Royale enregiſtrée au Parlement, et l'original mis au Treſor des Chartes du Roy; et la copie d'icelle par maniere d'original ſous le grand ſeel Royal, baillée aux Religieux de Saint Denis en France, pour la mettre et garder en leur Threſor; et tout afin*

de

de perpetuelle memoire d'icelle Loy, ou conſtitution Royale. Ainſi eſt-il contenu en une Cedule attachée à icelle, par le Greffier du Parlement. Licet autem dicta ſanctio a Carolo VI. a. 1392. ſolenni ritu fuiſſet confirmata, non tamen ſemper fuit obſeruata. Sic enim Coefardus Aniani fani iuridicus praefectus, dum de Franciſci II. tutela ageretur, apud THVANVM dicit (x): *nec prius Carolum VI. tutela liberatum: quam XXII. annum attigiſſet: quod tamen raro beneficio ac priuilegio ei tributum annales memorant, ob amorem publicum et formae decus, quod in illo principe eminebat, vt ante XXV. annum exactum regni per ſe adminiſtrandi capax iudicaretur.* Ludouicus XIV. etiam a. 1638. natus, demum a. 1661. aetatis annum 24. ingresſus, regimen ſuſcepit (y). Licet Carolus IX. atque Ludouicus XIII. prout ſtatim dicemus, anno aetatis XIV. tutelam fuerint egresſi.

§. XIII.

Qua ratione Carolus IX. poſtquam Catharina Medicea mater adminiſtratione atque tutela ſe abdicaſſet a. 1563. aetatis annum decimum quartum agens, ſolenni ritu regimen ſuſcepiſſet, docet nos THVANVS (z), dum ita ſcribit: *Inde rex cum regina et aulico comitatu Rotomagum venit et vrbem armatus publica laetitia ingreſſus eſt. Tumque regina, vt omnem Condaeo et Momorantio E. M. publicae adminiſtrationis ſpem praecideret, ac ſummam potentiam ſub regis nomine in ſe transferret, Hoſpitalii conſilio vſa regem maiorem pronunciari voluit, renouata Caroli V. conſtitutione, qua, exemplo Ioae, Ioſiae, Dauidis, Salomonis et Hieremiae, reges vbi quartum decimum annum attigerunt, adminiſtrationis regnorum nanciſcendae et ſuſcipiendae capaces declarantur: quae conſtitutio anno ſal. MCCC LXXIII. facta, anno poſt XIII. Kal. Iun. in ſenatu rege praeſente*

(x) lib. XXIII. p. 694.

(y) BENJ. PRIOLVS lib. VI. §. XXXI. p. 273.

(z) lib. XXXV. p. 248.

te et magna principum ac procerum et omnium regni ordinum corona promulgata eſt; et ab eo tempore Palladii inſtar in regni archiuis, Parienſis Curiae actis, et S. Dionyſii coenobio aſſeruatur. id vero vt ſolemni ritu fieret, rex cum regina Aurelianenſi duce fratre, conſanguineis principibus ac proceribus, ſacri conſiſtorii conſiliariis in ſenatum venit XVI. Kalen. Septembr. et vbi conſedit eo ſe veniſſe dixit, vt poſt pacatum regnum et Anglos expulſos, qui praeter ius Gratiae portum occupabant, immortaleis Deo gratias ageret, cuius adeo praeſens auxilium in his turbis expertus eſſet, et omnibus notum faceret, quando maiorem aetatem attigiſſet, nolle ſe inobedientiam ſuorum his vltimis temporibus vſurpatam amplius ferre; quinimo velle, vt edictum a ſe conditum, quo vsque ex Concilii ſententia controuerſiae de religione deciſae fuerint, aut aliter ipſe decreuerit, ab omnibus religioſe obſeruetur, qui illud violauerint, tanquam rebelles et imperia ſua detrectantes caſtigentur; iubet inſuper, vt omnes vbique in vrbibus ac pagis arma deponant, inhibetque, perduellionis poena propoſita, ne vlli Franciae regno ſubditi, non exceptis quidem Fratribus, poſthac in peregrinis ditionibus, niſi petito a ſe commeatu, aut cum principibus ſiue foederatis ſiue hoſtibus ſecreta conſilia habeant, illucue ſe inſcio mittant. Praeterea ne vlla pecunia iniuſſu ſuo cogatur aut conferatur, ea de re edicto propoſito, quod in omnibus regni Curiis promulgari velit. Tum ſenatores admonet, vt recte riteque ius dicant, ſuamque conſcientiam erga Deum liberent ita vt omnes quiete ſecureque degentes in obſequio ſibi debito contineantur. Tum Hoſpitalius longam et grauem ad ſenatum orationem habuit, et quae rex breuiter diſſeruerat, copioſa amplificatione repetiit, et comparatione facta regis ingreſſus ſuperiore anno poſt captam vi vrbem admodum luctuoſi et huius adeo laeti verum eſſe oſtendit, quod a principe poetarum dictum eſt, diem quandoque nouercam quandoque matrem exiſtere. Id ex recepto nuper gratiae portu pateret, cuius eo felicior ſucceſſus ſit, quod poſtridie quam oppidum deditum eſt, auxilia Anglica ſummiſſa aduenerint. Ea

vero expugnatione ſimul et de Caleti negotio transactum fuiſſe, ad cuius reſtitutionem poſt octennium fidem rex Henricus parens obligauerat, ea lege, vt ſi alteruter bello alterum intra id tempus prior laceſceret, iure ſibi competenti excideret; quam in legem cum Angli commiſerint, ius quoque, quod illis ad Caleti expeditionem competebat, amisſiſſe. Tum ad maiorem regis aetatem deueniens, duo prudenter a maioribus conſtituta dicit, alterum, vt poſt regem mortuum, ne turbis porta aperiretur, nullum apud nos interregnum eſſet; et mortuum viuus ſtatim exciperet. Alterum, ſi contingat legitimos ſucceſſores reges minores eſſe, ne diu ſumma adminiſtratio in incerto ſit, et rectorum ambitione regnum periclitetur, vt reges ſtatim vbi decimum quartum annum attigerint, maiores et regni per ſe adminiſtrandi capaces habeantur. Eam aetatem regem ingreſſum non tamen expleuiſſe, ſed non vt in minorum reſtitutione aetatem a momento ad momentum computari: verum vt in publicis muneribus et honoribus annum ceptum pro completo haberi, in eamque rem cum praefatione et petita venia ex Pandectis Iuſtinianeis vulgarem iuris Romani regulam adducit, qua in honoribus fauoris cauſa conſtitutum eſt, vt pro plenis annos inchoatos accipiamus. Eam igitur aetatem regem ingreſſum publicam adminiſtrationem capeſſere, ac iubere, vt in omnibus et per omnia mandatis ſuis deinceps pareatur a cunctis ditioni ſuae ſubditis ordinibus ac perſonis, excepta regina parente, ſub cuius optimo ac prudentisſimo regimine ipſe porro rempublicam ſit adminiſtraturus. Nunc vero, vt optimi illius regiminis ſpeciem edat, velle ac iubere, vt edictum nuper ad pacandos regni tumultus factum ab omnibus ſeruetur, arma deponantur, nemini priuatim in peregrinis aut ditionibus aut cum externis principibus ſecreta Conſilia inire inſcio ſe et iniuſſu ſuo liceat: tum monere ſenatores vt in munere ſuo recte riteque verſentur, edicta ac regias conſtitutiones, vti iusiurandi ſolemnis formula fert, ſeruet, nec quod inueterato errore ſupremi iudices ſibi licere putant, legem, dum interpretatione mollire conantur, cauillatorie detorqueant et eneruent: omni affectu

va-

vacent neque quidquam gratia, odio aut praeiudicio agant; denique caſtas et puras a ſordibus manus ad iuſtitiae ſacra afferant, nec litigatoribus ea in re indulgeant, ſed nec litem ex lite ſerant; ambages, tricas et longa litium ſufflamina recidant ac contrahant, et ita agant, vt quicquid egerint, ab omnibus conſpici et cognoſci velint; neque tam de iis, qui curiae ſecreta ad regem deferunt, conquerantur, quam diligenter caueant, ne quid huiusmodi fiat, quod ad regem deferri debeat, neque enim contra iusiurandum committere, qui ad regem, quae emendatione indigent, aut eius Cancellarium, qui ſupremae regni iurisdictioni praeeſt, non animo obtrectandi, ſed reipublicae ſubueniendi cauſa defert: eam ob rem Mercurialeis conuentus inſtitutos, quorum acta et decreta ad regem perferri debeant: ad ſummum, cenſuram eius, qui iurisdictionem mandat, neminem defugere aut exhorreſcere debere. Perorantem excepit Antonius Santantotius Curiae Princeps, homo grauitate inſignis, qui laudata ciuili virtute, quae in pietate excolenda, fortitudine regenda et iuſtitia adminiſtranda verſatur, hisque tribus tanquam firmisſimis ſocietatis humanae vinculis rempubl. continet, praecipue in iis enarrandis, quae ad puram et integram iuris dicendi ſcientiam pertinent, immoratur, eiusque potentiam amplificat, vt quae viuis mortem irroget, mortuos in vitam excitet, diuites exuat, egenos bonis impleat, honeſtiores infamia notet, infameis honoribus reſtituat, et ita ambitu ſuo vitam bona et indignitates hominum complectatur, eoque magis prudenti principi laborandum eſſe dicit, vt viri pietate, morum probitate, prudentia et doctrina inſignes iuri dicundo praeficiantur, quod omnes ſperent ſub eius imperio, moderante res regina parente, exemplo Mammaeae ſub Alexandro, Helenae ſub Conſtantino, Blancae ſub B. Ludouico IX. quae pietate et Iuſtitia ac rara externarum rerum felicitate, abundantia et publica ſecuritate tempora ſua illuſtrarunt, quibus dictis, regina aſſurgens vltro a ſe Regni adminiſtrationem ab ordinibus regni delatam in filii iam maioris manus conſignare declarat, et in publicam obſequii fidem ad regem tendens, qui eam e throno de-

deſcendens aperto capite excepit, flexis genibus filium deoſculatur, qui ſuſcepta hoc ritu regni adminiſtratione in matris eam poteſtate futuram magis quam antea dicit; cumque rurſus rex in ſolio conſediſſet, principes ac proceres, qui aderant, ad regem perrexere, et flexis in terram genibus ei manum deoſculati ſunt hoc ordine, Alexander Aureliani dux regis frater, Henricus Nauarrae Princeps, Carolus Cardinalis Borbonius, Ludouicus Condaeus, Ludouicus Monpenſerius, Franciſcus Delfini princeps Monpenſerii F. Carolus Rupiſurionius, omnes ex Borbonia, hoc eſt, regia familia, Odetus Colinius Caſtellionaeus, Ludouicus Lotharingus Guiſius Cardinalis, Helionorus Aurelianus Longauillae Dux, Annas Momorantius E. M. ſtricto gladio, Michael Hoſpitalius cancellarius, Briſſacus, Momorantius et Burdillonus equitum tribuni, Cl. Guſierius Boſius marchio Hipparchus. baec clauſis ianuis acta, quibus reſeratis et admiſſa ad publicam audientiam confluente multitudine edictum iam memoratum alta voce a primario curiae amanuenſi recitatur, ac more ſolito audito cognitore regio ac poſtulante promulgatur: Rotomago Dieppam rex excurrit, et ibi de decimis edictum condit IV. Eid. VIIil. in ſacri ordinis gratiam iura ſua cottidie interuerti et vſurpari quiritantis, quo iubentur omnes cuiuscunque conditionis ſint, decimas, penſiones, et alia iura, quae eccleſiaſticis debentur, intra tempus a lege aut conuentione perſcriptum exſoluere; ni faciant, edicitur, vt rex ipſorum bona poſſeſſum eat, et ſequeſter regis nomine alius a colono aut mandatario eorum adminiſtrationi praeficiatur, miſſum Lutetiam per Ludouicum Sangelaſium Lanſacum de maiore regis aetate edictum Rotomagi publicatum, vt in curia promulgaretur; verum intercesſit Senatus, et Chriſtophorum Thuanum Senatus Principem, Nicolaum Preuotium clasſium inquiſitoriarum praeſidem, ac Guilielmum Violam e ſuo ordine delegauit, qui cauſas, cur promulgationem aut diſtuliſſent, aut recuſaſſent, apud regem exponerent. Ii ad Medontam Dieppa redeunti regi obuiam facti et perbenigne auditi ſunt; eo-

eorum rationes erant, contra morem factum eſſe, vt edictum vllum prius in Rotomagenſi aut alia regni curia promulgaretur, quam in Pariſienſi, quae et regni ordinum auctoritatem retineret, et regni primaria et Parium Curia cenſeretur, et ex qua denique tanquam ex matrice ceterae propagatae eſſent, tum videri edicto, religionis, quae vna eſſe debet, multiplices ſectas introduci et approbari. Additum erat, ad Lutetiae quae metropolis, atque adeo regni arx eſſet, ſecuritatem pertinere, vt populus Pariſienſis minime exarmaretur. ad ea rex adbuc ephebus a matre inſtructus reſpondit, facere ſe non inuitum aut ingratiis, vt more ſuorum maiorum ſupplicationes regni Curiarum benigne audiret, quibus intellectis, et vbi quid ſuae voluntatis eſſet, aperuiſſet, eorum partes eſſe, vt parerent et iuſſa exequerentur.

§. XIV.

Qua ratione Ludouicus XIII. anno aetatis decimo quarto regimen ſuſceperit, ad longum narrat BARTHOLOMAEVS GRAMONDVS (*a*): „Sub finem autumni rex, „poſt confectum in principes bellum, adultus, imperii „habenas more maiorum, anno aetatis decimo quarto ca„peſſit: maiorque de more, parlamenti placito prontuntia„tur rebus adminiſtrandis; hic ordo rei. Poſtridie Kal. „Octobr. rex pubes factus ſtipantibus regina regente, Ga„ſtone fratre, Condaeo et Sueſſione, principibus: Cardina„libus Ioüſa, et Gondio: Ducibus Guiſio, Elleboüio, „Eſpernonio, Vantadurio, Mombaſono, in parlamentum „venit. Sequebantur Mareſcalli Galliae, primores regni, „torquati Equites, paludamento armillaque ordinis regii „inſignes, diſtributa ſedes, ex dignitate cuique ſua. Poſt„quam maiorum ſolio recubuerat rex: in haec verba ſi„lentium fregiſſe fertur. Dei beneficium eſt, quod in „hanc diem aetate maior exhibeor vobis, viri illuſtres, pro-

priis

(*a*) lib. I. p. 52.

„priis par regno conſiliis: quibus ſi veſtra adiici ex fide „dabitur, quod ſpero, ſalua eſt Gallia, quam nobis Deus „credidit. Mihi imperium a Deo datum, vobis fides: „haec ſociabimus inuicem pietate et iuſtitia. Pro tran-„quillitate publica ſtudium omne meum, mea propenſio „in ſalutem veſtram tota inclinat. Reliqua aperiet vobis „Cancellarius, quem iuſſi ſaluti veſtrae nuncupare votum, „quod exſoluam, ita me amet Deus. Ad haec Cancella-„rius aſſurgere: Regi gratulari, adorare diem omnibus „expetitam qua per aetatem regni gubernaculo incumbit, „rebus haud impar gerendis: vota Gallorum exaudita, ne-„dum aetatis felici incremento, ſed et virtutum omnium „aemulatione, quae ſuum ſibi vnaquaeque vindicat. Bene „eſſe, quod Henrici ſoboles aetate maior eſt, naturae benefici-„um: at immenſam eſſe obligationem, qua Regina mater per „quadriennii ſpatia ſibi deuinxit Galliam rectore orbam: „debita illi virtutum incrementa: debitum illi quod ſtant „leges, quod floret Gallia in primam Europae dignitatem: „quod eluſa ſaepe praua rebellium in factiones conſilia, „quod foedera cum externis principibus opportune reno-„uata: quod extincta intra et extra fines Gallicos belli „ſemina: debitam matri optimae filii gloriam: illi debi-„tam pacem omnibus expetitam, per quam in augmentum „durabile creſcent res Gallicae. Ceterum non id regi in „mente eſſe, vt hic meta ſit adminiſtrationi maternae: „vtiliora eſſe conſilia ipſius, quam vt tranſeant in priua-„tas curas: rogari a rege enixius ſapientisſimam matrem, „vt conſilii arctioris Princeps, omniumque diſpenſatrix eſſe „velit. Id non modo regem, ſed et Principes Gallos, id „Cleri ſacrum ordinem, id nobiles, id plebem, id Galliam „vniuerſam ſupplicibus votis expoſcere, et ſperare. Haec „Cancellarius. Regina mater, poſt ſalutatum humillime „regem, paſſu in maieſtatem compoſito progredi, donec

 ſo-

„folio immineret; vbi proxime aſtitit filio, ita proloqui-
„tur. Laetam ſe quod regni gubernaculo decedit regi,
„quem vt filium amat, veneratur vt Dominum. Cauiſſe
„anxie, quadriennio, quo tenuit regimen, ne quid detri-
„menti paterentur res Gallicae, pacem a ſe magnis ſum-
„ptibus procuratam, qua ſtetit florens regnum et ſtabit,
„ſi quid valent quibus adminiſtratio dabitur. Dein ad
„principes, reliquosque regni primores, et ſenatum con-
„uerſa. Vos (inquit) appello in teſtes, vos cara regno
„pignora, vt vigilans incubui rebus, vt priuatas habui pro-
„cul, publicis ſtudens. Veſtram integritatem excito, ve-
„ſtram obteſtor fidem in adminiſtrationis meae aequa iu-
„dicia, vt innocens, vt regno vtilis fuit, vt regi glorioſa.
„Vix redierat in ſedem ſuam regina, cum rex amore im-
„pellente, regia maieſtate praecipitantius iuit ad matrem,
„nudoque capite ſic infit: Immenſa ſunt quae tibi debeo,
„domina, leuia quae rependo: nec ſatis grates reddere,
„niſi ſit mihi beneficii memoria ſempiterna. Tu mihi
„quodcunque hoc regni, vt pacificum eſt, conciliaſti.
„Perge conſiliis ſalutaribus augere res noſtras: perge
„adminiſtrare. Tibi obſequia praeſtabuntur, et reddi vo-
„lo qualia ipſi mihi. Procura res Galliae quae te domi-
„nante mihi precario poſſidebitur. Per te vitam, per te
„virtutes et gloriam ſpiro quae mater es, quae altrix et con-
„ſultrix dignisſima: per te floret Gallia et florebit in lon-
„gos annos, ſi tua nos conſilia iuuant. Poſtquam dixe-
„rat, Cancellarius vno omnium aſſenſu pronuntiat placi-
„tum, quo rex aetate maior declaratur, gerendis per ſe re-
„bus.

§. XV.

Ludouicus XIV. annum aetatis 14. ingreſſus d. 7. Septembris 1661. a Matre regimen ſuſcepit, prout narrat

BEN-

BENIAMIN PRIOLVS, ita ſcribens (*b*): „Rex cum regi„na in ſenatum venit ſeptimo die Septembr. 1661. pompa „ſollemni. Illa breui ſui regiminis enumeratione facta, tra„dit habenas filio, cui congeniculans ad oſculum manus „ſe demiſit, quod rex decore abnegans, Matri oſculum „libauit, gratiis actis, quod per tot ſyrtes et ſcopulos, „affixa gubernaculo tutam velificationem direxiſſet. Plura „cancellarius Seguierius, priſtinae dignitati reſtitutus; ſed „fuſisſime primus Praeſes Moleus elapſa pericula et ſpem „venturae tranquillitatis enarrauit. Coetu dilapſo redi„tum eadem pompa ad aedes regias, vbi ſolito ante more „et modo omnia regina verſauit; ideoque non ſignanda „haec Epocha per principium noui libri, cum nihil immu„tatum in ratione regnandi. Caſtellonouus primus Mi„niſter, Moleus ſigilli cuſtos, Vieuilleus praefectus aera„rio nominantur; Gratulationes ſolitae et amicorum ala„critas, vt omnis nouitas, adulatione conſumta eſt; Seguie„rio gratiae actae et promiſſa iterata de reſtitutione in in„tegrum, quod aequi bonique conſulere viſus: nam cum „omnia vbique ſecunda expertus eſſet, ſi quid aduerſi ce„cidit, cum fortiter tulit, laudibus materiem ſtrauit.

§. XVI.

In Angliae regno nullam certam aetatem olim fuiſſe definitam, docent nos exempla. De Arthuro, rege antiquisſimo ſcribit IO. FORDVN (*c*): „Erat XV. annorum „Arthurus, iuuenis inauditae virtutis et largitatis. In quo „tantam gratiam ſua innata bonitas ſibi praeſtiterat, vt a „cunctis fere populis amaretur. Eodem igitur anno im„perium plene adminiſtrauit.„ De Endumundo Saxoniae

 Oc-

(*b*) lib. VI. §. XXXI. p. 273.
(*c*) *Hiſtoria Scotorum* n. 25.

Occidentalis rege ſcribit ASSERIVS (*d*): „Hunbrechtus „antiſtes hoc anno vnxit oleo conſecrauitque in regem „Eadumundum glorioſiſſimum cum gaudio magno et honore maximo, anno aetatis ſuae XV. die natalis domini. De Edgaro rege ſcribit RANVLPHVS HIGDENVS (*e*): „Northimbrenſes et Mercenſes Edroinum pro mala vita „ſua expulerunt et fratrem ſuum Edgarum XVI. annorum „exiſtentem, in regem lenauerunt. In cuius Egari exor„tu audiuit Dunſtanus angelos canentes ſic: Pax terrae An„glorum exorti nunc Pueri.„ Ab Henrico VIII. vero rege maior Principum regiorum aetas ad annum vigeſimum quartum fuit ſtatuta, de quo CHAMBERLAYNE (*f*): *Durant la Minorité du Roy d'Angleterre tout ce qui a été ordonné par le Parlement, peut étre caſſé et annulé par le Roy lorsqu'il eſt parvenu à l'âge du vingt-quatre ans, par ſes Lettres Patentes ſellées du grand ſeau. C'eſt un ſtatut fait du 28. du Regne de Henry VIII. Chap. 17.*

§. XVII.

In Suecorum regno, per Vnionem hereditariam de a. 1604. annus decimus octauus ad maiorem aetatem fuit definitus, de quo THVANVS (*g*): „leges tunc in here„ditaria Vnione dictae, vt ſi Carolum, antequam Guſt. „Adolfus filius aetatem adminiſtrationis regiae capacem, „hoc eſt, XVIII. annum attigerit, obire contingat, admi„niſtratio penes Ioannem et defuncti vxorem maneat, ad„iunctis ex Senatorum numero, quos Carolus teſtamento „nominauerit, tutoribus ac conſiliariis.„ Hinc MICHAEL WEXIONIVS, ab GYLLEASTILP (*h*): „Anno aetatis

XVIII.

(*d*) *Annalibus* ad a. 856.
(*e*) *Polychronico* ad a. 957.
(*f*) *L'Etat d'Angleterre* chap. V. p. 117. 118.
(*g*) lib. CXXXI. p. 1109.
(*h*) *in Politica* Sect. II. cap. I. §. 11. p. 178.

„XVIII. cura et faſces reipublicae demum comitti „ſolent nouo regi et tutela (ſenatorum V. cum „Drozete) ceſſare.„ Eodem aetatis anno Magnus Erici R. S. adminiſtrationem regni ſuſcepit. Idem in Guſtauo Adolpho factum, in regno Chriſtina filia eius non ſingulari reipublicae emolumento. Docet de eo etiam IO. LOCCENIVS (*i*) ſcribens: „Circa finem huius anni, Re„ginae Chriſtinae decimum octauum annum agenti, ple„num regni imperium a tutoribus, qui illud per XII. an„nos inſigni cum laude adminiſtrarunt traditum eſt.

§. XVIII.

Carolus XI. rex Suecorum 17. annos natus, in ſolenni regni conuentu imperii clauum cepit atque inſignia. Carolus XII. rex Suecorum decimo ſexto aetatis anno factus fuit maioris aetatis. Licet enim Carolus XI. Pater in teſtamento ſuo ordinaſſet (*k*): *Daſs nach ſeligen dero Abſchied aus der Zeitlichkeit, der Kron-Printz Carolus die Regierung zwar angeben, jedoch ſelbige bis zur völligen Majorennität, mit zuziehen der verwittibten Königin, als ſeiner Frau Gros-Mutter, und der Königl. Räthe fortgeſetzet werden ſolte. Nahmentl. aber warens dieſe Königl. Räthe: 1) Herr Grav Güldenſtein, deme er hiemit die Stadthälterey und die Militz untergebe. 2) Herr Grav Benedictus Oxenſtiern, der ſich als Cantzler der Cantzley Sachen anzunehmen hätte. 3) Herr Grav Wrede ſoll über die Admiralität und anderer See-Sachen. 4) Herr Grav Wallerſtädt, als Cammer-Praeſident, über die Einkünfte und Rentereyen geſetzet werden. 5) Herr Grav Güldenſtolp, der bisher des jungen Königs Hofmeiſter geweſen, ſolte nun auch die Mühe, das Juſtitz-Weſen mit zu beobachten, über ſich nehmen.* Nihilominus, obſtetricante potiſſimum Löwenhauptio Comite ſta-

(*i*) lib. IX. p. 733.

(*k*) Apud SAL. FABER *Leben Caroli XII.* p. I. c. XVII. p. 85. 86.

ſtatim poſt patris mortem a regni ordinibus pro maiore fuit declaratus, de quo IO IAC. SCHMAVS (*l*) ita ſcribit: *Nachdem aber in dem Novembr. 1697. die Stände des Reichs ſich in Stockholm eingefunden, um dem ſolennen Leichen-Begängniſs des verſtorbenen Königs, welches auf den 24. Novembr. als deſſelben Geburths-Tag, angeſetzet worden, beyzuwohnen; ſo ward den 7. Nov. an einem Sonntag, nach gehaltenem Gottesdienſt von den Reichs-Räthen und der Ritterſchafft eine Verſamlung gehalten, und darin berathſchlaget: Ob nicht der junge König, als der nunmehr in ſeinen 16. Jahr ſtünde, vor majorenn zu erklären, und ihm die Königl. Regierung aufzutragen ſeye? Den folgenden Tag als den 8. Novembr. kam der Adel in ſeinem gewöhnlichen Saal wieder zuſammen, um von dieſer Sache zu deliberiren, und nachdem der Land-Marſchall in einer Rede des jungen Königs vortrefliche Qualitäten und hervorleuchtenden Verſtand gerühmet hatte, fieng der Graf von Löwenhaupt an zu ſagen: Warum man denn Sr. Majeſtät nicht die Regierung übergäbe, da Sie doch verſtändig und geſchickt genug darzu ſeyen? Ob nun wohl wegen der noch ermangelnden völligen Jahre Sr. Majeſtät etwas eingewendet worden, ſo antwortete doch der Graf Apel Sparre, man müſte nicht die Jahre, ſondern den Verſtand anſehen. Der Graf von Löwenhaupt unterſtützte dieſe Meynung durch verſchiedene Exempel aus Hiſtorien, und damit die Sache nicht lange möchte beſtritten werden, trat er auf die andere Seite des Saals, mit dem Vermelden: daſs, wer nebſt ihm vor gut befände, daſs Seine Majeſtät vor mündig erkläret würden, derſelbe ſich zu ihm auf die andere Seite des Saals verfügen ſolte. Dieſer unvermuthete Vortrag verurſachte, daſs immer einer nach dem andern ſich auf gedachte Seite begab, worauf ſie insgeſamt die Hüte in die Höhe warffen und mit lauter Stimme riefen: Es lebe der König. Alsbald wurden 60. unter ihnen erwehlet zu ihrer Majeſtät zu geben und dieſelbe zu erſuchen, die*

(*l*) *Leben Caroli XII. erſte Abtheilung* §. VI. p. 37. FABER c. I. p. 93. *Theatr. Europ.* Tom. XV. p. 178.

die Crone und Regierung auf ſich zu nehmen. Es trafen aber dieſelbe den König nicht an, ſondern nur die Königl. Fr. Gros-Mutter mit den Königl. S. Räthen und Adminiſtratoribus, welche, nachdem ſie ihren Vortrag angehöret, und ſie ein wenig abtreten laſſen, die Sache überlegten und ſie darauf fragten: Ob ſie ſich mit den andern Ständen des Reichs deswegen unterredet hätten? Da Sie mit nein antworteten, ward ihnen geſagt, daſs es rathſam wäre, die Sache den übrigen Ständen noch zu communiciren, und ſolten ſie gegen Abend um 6. Ubr den Schluſs derſelben wiederum referiren. Hierauf verſammlete ſich die Ritterſchafft nach der ſonſt üblichen Gewohnheit mit dem Geiſtlichen, Bürger- und Bauer-Stande, und kamen nach einigen Diſpüten alle 4. Stände zu einem einmüthigen Schluſs, welchen vorgedachte Deputirte wieder nach Hof überbrachten. Daſelbſt trafen ſie den König in ſeinem Zimmer allein an, und als ſie Ihn nach eröffneten Schluſs der Stände unterthänigſt erſuchten, die Regierung ſeiner Lande über ſich zu nehmen, antwortete der König: Er ſeye zwar noch jung von Jahren, ein ſo ſchwehres Regiment zu führen; Doch verhoffte er, es würde Ihn Gott durch ſeinen Geiſt und Beyſtand deſtomehr unterſtützen, damit ſich ein jeder ſeiner Regierung möge zu erfreuen haben; Bedancke ſich im übrigen vor das gute Vertrauen, ſo ſie zu ihm hätten. Hierauf beurlaubten ſich die Deputirte, und war alſo die groſe Sache innerhalb zwey Tagen glücklich geendiget, und durch eine Königliche Declaration vom 22. Novembr. kund gethan, daſs die 7. Vormundſchafftl. Regenten ihre Adminiſtration auf den 27. Novembr. (7. Decembr.) endigen ſolten.

§. XIX.

Apud Scotos annus vigeſimus primus ad maiorem requirebatur aetatem, quod ex Scotorum Legibus (*m*) pateſcit. Inde ex lege Freguſii, qui Scotorum legislator, puberes

(*m*) Lex quoniam ATTACHIAMENTA Cap. 91. 2. *Dominus ſuus, tunc teneat terram illam, vltra terminum aetatis ſuae: ſcilicet, viginti vnius*

beres demum reges facti, annos nati XXI. Haec poſtea perpetuo lex valuit per annos fere XXV. vsque ad Kennethum III. (*n*), qui ſublata lege Freguſiana, cum regni Proceribus ſenatusconſultum fecit, his verbis conceptum: „Rege adhuc impubere, inſignem virum prudentia ſimul „et opibus, qui ad XIV. regis annum in regni ſit admini„ſtratione, communi primorum conſenſu dicito: Eo anno „emenſo, rex ipſe liberam regni adminiſtrationem adſumi„to. Ceterorum heredes, patribus defunctis ad XXII. ae„tatis annum ſub tutoribus curatoribusque contineto (*o*).

§. XX.

Idem annus aetatis decimus quartus per Legem Regiam Danorum a. 1660. ad maiorem aetatem fuit definitus his verbis: Legitima regis aetas, qua in tutelam ſuam veniet, decimo quarto anno cenſetur, quando nempe decimo tertio exacto, decimus quartus incepit, adeo, vt, quam primum decimum quartum ingrediatur aetatis annum, ipſe ſe ſui iuris eſſe, nec tutoris vllius aut curatoris opera vlterius vti velle publice declaraturus ſit.

§. XXI.

Apud Polonos, annus aetatis quintus decimus ad maiorem requiritur aetatem, de quo NICOLAVS CHWALKOWSKIVS (*p*): „Ita Sigismundum Auguſtum, patre „viuente regem nominatum et X. duntaxat anno Craco„uiae ſacro diademate ſolenniter coronatum eſſe legimus; Iis

vnius anni. STATVTA SECVNDA *Roberti Primi* Cap. 6. 1. *Si haeres alicuius, poſt mortem anteceſſoris, infra aetatem exſtiterit, et Dominus ſuus cuſtodiam terrarum ſuarum habuerit: Et ſi Dominus ille, dicto haeredi, cum ad legitimam aetatem, videlicet vigeſimum primum annum, peruenerit.*

(*n*) BVCHANANVS lib. IV. p. 100.

(*o*) IO. LESLAEVS *Rer. Scot.* lib. V. p. 188. HECTOR BOETHIVS *Hiſt. Scot.* p. 231. 232.

(*p*) *Iure publico Polon.* lib. I. p. 27.

„Iis tamen conditionibus, vt a curis regni abſtineret et „quando ſiue viuo patre ſiue poſt mortem eiusdem, ad ae„tatem legitimam, hoc eſt ad annos XV. completos perue„nerit, iura omnia confirmaret, et ne per hoc exemplum „liberae deinceps electioni aliquod derogaretur. Quo de „pater per diplomata, Cracouiae 1530. et Petricouiae „1538. data, cauit decreuitque.

§. XXII.

Bohemiae reges anno aetatis decimo quarto maioris aetatis ex Caroli IV. priuilegio haberi volunt. Docet hoc hiſtoria electionis Leopoldi apud PVFENDORFIVM (*q*), dum ita ſcribit: „Cum ad perluſtranda procuratoria acce„deretur, Bohemicum a Moguntino ſeponebatur, quod „rex ob annum decimum octauum nondum completum „per A. B. exercendo electoris muneri habilis non cen„ſeretur; Leopoldo contra quaerente, eandem A. B. „quae Electoribus annum XVIII. praeſcribit, regni Bohe„miae priuilegia confirmare, per quae Bohemiae rex an„no aetatis decimo quarto maiorennis habeatur, ac habe„nas regni capeſſat. Sic Ferdinandum IV. nondum exple„to anno decimo quinto in Bohemia coronatum, ciues in „verba ſua adegiſſe. Idem et a ſe factum. Et quare Mo„guntinus ipſum inuitarit, ni functioni electoriae obeun„dae capax habeatur? Ludouicum quoque Hungariae, et „Bohemiae regem, cum annos quindecim natus eſſet, Can„cellarium Sternbergium ad electionem Caroli V. ablegaſ„ſe, qui citra controuerſiam admiſſus ſit. Nec Saxonem, „Bauarum, aut Treuirenſem ſcrupuli quid mouere; ac „ipſum Moguntinum facta inuitatione diuerſum probaſſe. „Vnde et Elector cenſebat, non omnia ad vnguem reſe„canda, inprimis cum Leopoldus iam annum decimum „octauum ingreſſus ſit. Ac quantillum eſſe, annum in

 choa-

(*q*) *Rer. Brandenburg.* lib. VII. §. XXXIV. p. 419.

„choatum haberi pro completo? Ac id ipſum Electoribus „ſecularibus fraudi eſſe poſſe, ſi ita preſſe puncto iſti temporis inhaereatur. Sed et diſſuadebat Elector, ne pacis „inter Gallos, et Hiſpanos ante electionem conciliatio ſuſcipiatur, quam tantae difficultates circumſtent, vt ob illam multos per annos imperium capite cariturum ſit. „Ac regem Hiſpaniae, cum eo nomine a Moguntino ad „ipſum literae datae forent, laxioribus duntaxat verbis reſpondiſſe.

§. XXIII.

In Germaniae Electoribus circa maiorem aetatem definitus fuit annus aetatis decimus octauus (r). De eo tamen disquiritur, annon iſte poſſit anticipari. Generalis quidem eſſe videtur A.B. textus, vbi dicitur, quod tutor et adminiſtrator eſſe debeat Senior Adgnatus Principis Electoris, qui annum aetatis decimum octauum nondum adimpleuit. Hic tamen iterum eſt diſtinguendum inter ius et vocem in electione imperatoris atque terrarum adminiſtrationem: ad illam requiritur annus decimus octauus completus, de quo A. B. definit, quae per Sigismundi conſtitutionem declaratur, non aeque ad hanc. Hinc etiam Carolus IV. in confirmatione conuentionis inter Rupertos de a. 1356. his verbis vtitur (s): *Wann wir dieſelben Jahre zu der Chure zu einen elichen mündigen Alter gemachet haben* (t). Inde Fridericus Placidus, Saxoniae Elector, nondum XVII. aetatis anno completo, a. 1428. Electoratus adminiſtrationem ſuſcepit (u). Ex eadem ratione Ioachimus I. Elector Brandenburgicus, conſilio Friderici, Electoris Moguntini, patrui, anno aetatis XVI. ſine tutore Electoratum fuit

(r) EVR. HEROLD p. I. p. 217.
(s) A. B. Tit. VII. §. 4
(t) Adde FREHERVM de *Tutela Electorali* p. 411.
(u) GLAFEY *Kern-Geſchichte von Sachſen* p. 110.

fuit adgreſſus (*x*). Ludouicus Elector Palatinus fratri ſuo Friderico filium ſuum vnigenitum Philippum vnum duntaxat aetatis annum habentem, moriturus commendabat, ita, vt cum Philippus annum XVII. attingeret, ei paternum principatum et dominium reſtitueret (*y*), mentem enim A. B. eam eſſe, vt primogenitus Electoris ſecularis in Electoratu ſuccedat, aetatem vero, quae minor ſit XVIII. annis, ei ſucceſſioni plane nihil derogare, niſi quod ab Electione regis Romanorum abeſſe iuberet eum, qui decimum octauum aetatis annum nondum attigiſſet. Sic etiam Fridericus IV. Palatinus nondum plene completo anno aetatis XVIII. a. 1592. Regimen ſuſcepit (z). Richardus equidem agnatus proximus omnia moliebatur, terrarum adminiſtrationem petebat, vsque dum Fridericus IV. annum aetatis vigeſimum quintum lege ciuili attigiſſet, verum dum vſu inualuerit vnacum electoratu, tanquam potiori, etiam aliarum terrarum adminiſtrationem ſuſciperent electores, etiam reiectus fuit Richardus, de quo THVANVS (*a*): „morte Caſimiri cum Richardus Seuerus Friderici agnatus „adminiſtrationem ad ſe pertinere contenderet, legatisque „ad Caeſarem miſſis id facile ab eo obtinuiſſet, ſpe facta, „vt Auguſtanae confeſſionis paſtores, eiectis aliis, a Friderico auo et Caſimiro introductis, reſtitueret, eamque in „religione doctrinam et diſciplinam, quae ſub Ludouico „fuerat, conſtitueret, Palatinae ditionis ordines interceſſerunt, nec amplius locum adminiſtratori eſſe reſponderunt, „quippe cum Fridericus XVIII. annum impleuiſſet, eaque „aetate eſſet, vt rebus ſuis ſupereſſe et VII. vira tum per ſe „iuxta Bullae aureae a Carolo IV. Caeſare conditae praeſcriptum

(*x*) CERNITIVS *Hiſt. Elect. Brandenb.* p. 48.
(*y*) TRITHEMIVS *Genealogia Bauaro-Palatina* p. 34.
(z) FREHERVS de *Tutela Electorali* p. 412.
(*a*) lib. CIV. p. 262.

„ptum adminiſtrare poſſet, nihilominus Richardus ſeu vi „ſeu aſtu quasdam praefecturas inuaſit, iamque res ad arma „ſpectabant, nec aegre id Hiſpani e Belgio videbant, qui „quamdiu bellum inter Proteſtanteis arderet, tamdiu quie„tos ſe arbitrabantur, ſed tandem interuentu aliorum Prin„cipum motus hi compoſiti ſunt, reſtitutis vltimis a Ri„chardo, quas occupauerat, praefecturis (*b*).„ Ioſephus Clemens, elector Colonienſis a. 1671. natus, attamen ann. 1688. vt eo facilius Fürſtenbergii moliminibus reſiſteret, ad electorale Collegium fuit admiſſus (*c*). Bohemi iterum hoc priuilegium obtendunt, illorum reges anno aetatis XIV. fieri maiorennes, quare etiam Leopoldus tunc aetatis annum XXIII. nondum adimpleto, a. 1607. ad electionem fuit admiſſus (*d*).

§. XXIV.

Diſtinguendum tamen eſſe crederem, inter Ius, vocem et poteſtatem eligendi Romanorum imp. atque ipſam terrarum

(*b*) Prodiit hac in cauſa *aſſertio propriae Gubernationis Sereniſſimi Principis, Domini Friderici IV. Heidelbergae* 1593. 4. *Kurze Verzeichnis desjenigen, was Pfalzgraf Richard einer vermeynten Tutel und Curatel wegen zu Heydelberg geſucht. Heidelberg* 1592. A parte Richardi vero prodiit: *Widerlegung des Heidelbergiſchen Bedenckens. Heidelberg* 1594. 4. LVDEWIG ad A. B. 71. 721.

(*c*) IMM. WEBER de *Chryſobulla ex Actis Ratisbonenſibus* hoc declarauit: Concluſum enim Collegii electoralis tale erat: *Daß höchſternannte Churfürſtliche Durchl. zu Coelln in das Churfürſtliche Collegium zu admittiren, und ad votum et ſeſſionem zu laſſen ſey: Jedoch mit dieſer Bedingung, daß, was man dißfals ratione aetatis aus beweglichen erheblichen Urſachen gethan, künftighin zu keiner Conſequentz möge ad exemplum gezogen, oder zu des Churfürſtl. Collegii Praejuditz gereichen, auch ſonſten der guldenen Bull und andern Reichs-Fundamental-Geſetzen ohne Abbrechung und ohne Nachtheil ſeyn ſolle.*

(*d*) PVFENDORF lib. VII. *Rer. Brandenb.* p. 1134. L. B. de LYNCKER ad A. B. p. 28.

rum adminiſtrationem, vel educationem Principis electoris. Hanc etiam matri competere conſtat, terrarum adminiſtrationem etiam tutoribus Teſtamentariis relinqui, exempla in domo Palatina ſupra adducta nos docent. Alia tamen tutelae eſt ratio circa ius, vocem et poteſtatem eligendi imp. in qua ſola tutela legitima locum habebat, dum A. B. (*e*) ſaltim de dicto iure nulla plane mentione facta adminiſtrationis terrarum, tali iure decernit: „Si vero primogenitus huiusmodi, absque haeredibus maſculis, legitimis, laicis, ab hac luce migraret, virtute praeſentis imperialis edicti, ius, vox, et poteſtas electionis praedictae ad ſeniorem fratrem laicum, per veram paternalem lineam deſcendentem et deinceps ad illius primogenitum laicum deuoluatur. Et talis ſucceſſio in primogenitis et haeredibus Principum eorundem in iure et poteſtate praemiſſis, perpetuis temporibus obſeruetur. Ea tamen conditione et modo, vt, ſi Principem electorem, ſeu eius primogenitum aut filium ſeniorem laicum mori, et haeredes maſculos, legitimos, laicos, defectum aetatis patientis relinquere contingeret, tunc frater ſenior eiusdem primogeniti, tutor eorum et adminiſtrator exiſtat, donec ſenior ex eis legitimam aetatem attigerit. Quam in principe electore decem et octo annos completos cenſeri volumus et ſtatuimus perpetuo haberi. Quam dum attigerit, ius, vocem et poteſtatem et omnia ab ipſis dependentia tutor ipſe ſibi totaliter cum officio teneatur prorſus aſſignare.„ Idem confirmat Bulla Sigismundi imp. in qua ſtatutum: Et talis ſucceſſio et deuolutio, ne in his committantur errores futuris temporibus debet vt praemittitur, in omnibus praeſcriptis et ſingulis ſine innouatione perpetuo inuiolabiliter obſeruari. taliter videlicet, quodſi aliquem ex eis modo praemiſſo ex hac luce migrare contigerit, qui maſculini ſexus hae-

(*e*) Tit. VII. §. 3. 4.

haeredes legitimos Laicos poſt ſe relinqueret debitae patientes aetatis defectum, et tunc ſenior frater, nepos aut conſanguineus proximior in linea geniturae, ſi frater non extiterit eiusdem defuncti Laicus duntaxat, dicti pupilli et Iuuenis, ad quem praeſcripta deuoluentur de iure tutor eſſe debeat et curator tamdiu donec debitum pertigerit, Ius, Vocem, dignitatem et poteſtatem praedictae electionis, ac omnia et ſingula ab eis dependentia, idem tutor ſine difficultate et renitentia qualiter, tenebitur et debebit protinus asſignare. Aetatem autem debitam in hoc caſu eligendi videlicet Romanorum regem in imperatorem promouendum decem et octo annorum cenſeri volumus et haberi. In principatibus autem, ducatibus et dominiis aliis temporalibus gubernandis aetatem obſeruandam decernimus, prout a diuis Romanorum imperatoribus et regibus noſtris praedeceſſoribus eſt ſancitum, Comprobauit hancce diſtinctionem Ioachimi I. Electoris Brandenburgici exemplum, qui anno XVI. aetatis omnium terrarum ſuarum ſuſcepit adminiſtrationem. Tutor autem, qui ex vi A.B. erat Fridericus, Franconiam tum tenens, tandem Archiofficii, et quae ei erant adnexa, gesſit adminiſtrationem, de quo IO. CERNITIVS (*f*): *Moguntinum tum temporis ſuaſiſſe Ioachimo I. Electori Brandenburgico, vt ſuſcepto homagio adiret titulum et dignitatem electoralem. Mentem enim A. B. eam eſſe, vt primogenitus electoris ſecularis in electoratu ſuccedat, aetatem vero, quae minor ſit XVIII. annis, ei ſucceſſioni plane nihil derogare, niſi quod ab electione regis Romanorum abeſſe iuberet eum, qui decimum octauum aetatis annum nondum attigiſſet.* Io. Bipontinus Friderici V. Palatini tutor teſtamento conſtitutus, ann. 1613. Heidelberga Bipontum concesſit, ante tempus ſponte ſe abdicans gubernatione adminiſtratoria, quantum ad electoralia; rebus imperii vsque ad completum XVIII. annum Fri-

(*f*) *Hiſtoria Brandeb.* p. 48.

Friderici V. ſibi reſeruatis (*g*). Hinc etiam elector Saxoniae et Brandenburgicus d. 31. Ianuarii 1584 ad Ludouicum VI. Electorem Brandenburgicum ita ſcripſerunt (*h*): *daſs es ein ſchwer Thun ſeyn würde, wann die güldene Bulle, indem ſie den nächſten Agnaten die Vormundſchafft aufträgt, die Meinung haben ſolte, daſs dadurch in denen Churfürſtl. Häuſern dermaſſen denen Eltern die Hände geſchloſſen wären, daſs dieſelbe ſogar auch keine andere nahe Perſohnen und Freunde, dazu ſie ein beſonderes Vertrauen hätten, im Teſtament und letzten Willen zu verordnen nicht Macht haben ſolten.* Ex eo etiam ſequitur, ſi pater illuſtris praeter tutorem legitimum, alios pupillo electorali teſtamento conſtituit tutores, ſolum tutorem legitimum vi A.B. in actibus electoralibus et electione imp. vel regis Romanorum has vices exercere (*i*).

§. XXV.

Illuſtris equidem de LVDEWIG (*k*) auctor eſt quondam Principes imperii virtutem feciſſe maiores, non vero numeros annorum inanes. Nullam illis in faſcibus reip. accipiendis definitam aetatem. Verum, ex quo ordines virtutem minoris intellexere, ex eo etiam agnouere eum maiorem, iam idoneum reipublicae regendae et adminiſtrandae. Verum, ex quo poſitiui iuris apices in Germania etiam oppoſiti principibus, quin agerent ex aequitate et ratione ſola, vt olim: inde vrſerunt quoque aduerſus eos maiorennitatem militarem, ne ante principatum regerent quam XVIII. aetatis annum exiuiſſent. De priori tempore omnino certum eſt, Principum Germaniae pubertatem olim non

(*g*) PAREVS *Hiſt. Palatina* p. 311. SPENERI *Sylloge* p. 219.
(*h*) Apud PVHEL. c. VII. n. 81.
(*i*) Adde COCCEIVM *de Tutelis illuſtr.* S. III. §. 12.
(*k*) *de aetate legitima Puberum* cap. IV. §. 8.

non fuiſſe definitam, potius ſecundum naturam atque virtutem arbitrariam, prout etiam Thuringiae Landgrauiorum atque Ducum Saxoniae, quae ſtatim adducemus; Attamen dum Germaniae Principes viderent, arbitrariam hanc maioris aetatis definitionem ſubinde male ceſsiſſe, neque, dum ordinum prouincialium conſenſu haec olim potisſimum fuerit definita, hoc illorum arbitrio amplius relinquere vellent; vel per pacta Gentilitia vel ſecundum mores legesque prouinciae, vel Teſtamenta illuſtrium, quandoque Priuilegia Caeſarea certa aetas fuit definita. Aſt non amplius illuſtrium pubertas hodie eſt arbitraria. Definitam enim in illuſtrium Germaniae familiis hodie eſſe pubertatem exempla docebunt.

§. XXVI.

Principum vero aetatem maiorem Ius Ciuile, Saxonicum vel Priuilegia Caeſarea definiunt. Sic enim in Bulla Sigismundi (*l*): In principatibus autem, ducatibus et aliis dominiis temporalibus gubernandis aetatem obſeruandam decernimus, prout a diuis Romanorum impp. et regibus praedeceſſoribus noſtris ſancitum eſt. Licet autem incertum adhuc ſit, quaenam hic intelligantur conſtitutiones, quod etiam dubium plane reddit Marquardum Freherum, dum ita ſcribit (*m*): Quibus, vbi, quando? quomodo? Heu crucem ingeniis noſtris fixam? Ego enim adeo libenter fateor, mihi non ſatis de iſta conſtitutione liquere. Vt potius credam, vix ipſos Cancellarium G. et Referendarium Th. et Regiſtratorem M. ſatis, quid ſcriberetur, intel-

le-

(*l*) LVDEWIG ad A. B. p. 735. DIETRICH HERMANN KEMMERICH de *Maiore Principum aetate* §. XXVI.

(*m*) Comm. ad d. Bullam p. 155.

lexiſſe, et incertum ſibique ignotum ius, ne nihil facerent, in priorum Caeſarum regumque conſtitutionibus altisſima indagine perquirendum et eruendum nobis reliquiſſe. Potius tamen impp. Romanorum leges intelligi putarem, quas innuere verba videntur Romanorum imp. dum iſta aetate Iuſtinianeum ius ſenſim in Germaniam introduceretur. Hinc inter Principes Germaniae ad maiorem Principum aetatem, annus vigeſimus quintus requiritur, qui non tam ex Iure Romano, quam moribus potius etiam inter perſonas illuſtres fuit receptus. Sunt equidem qui contradicunt, annum vigeſimum quintum aetatis non adeo eſſe obſeruandum putantes, vt non ab eodem posſit recedi, ad plura prouocantes exempla, quod Principum cura ante dictum annum fuerit finita. Verum ſi exempla probe examinemus vel venia aetatis ab imp. fuit impetrata, vel alia aetas inter familias illuſtres obtinuit, id quod etiam continua docet obſeruantia (*n*). Celebratisſimus ICtus, AVGVSTINVS LEYSER hinc non immerito altioris eorum indaginis eſſe dicit ſententiam qui ſtatuunt, omnes Germaniae Principes poſt annum aetatis XVIII. ante Romani iuris receptionem factos fuiſſe maiorennes. Et licet Dnus DE LVDEWIG (*o*) contradicat, eo quod Germani Iura Longobardorum feudalia fuerint ſecuti, dum iſta, vt ſatis conſtat, non pro Germanis, ſed pro Italis ſaltim fuerint ſcripta, et tempore legum Longobardicarum feudalium nullus certus terminus ad maiorem aetatem adhuc fuerit definitus, vsque dum per Teſtamenta illuſtrium, vel per pacta Illuſtrium hoc fuerit factum. Contra quae tamen LEYSERVS ſe ſatis defendit (*p*).

(*n*) vide *Electa Iuris Publici* Tom. IX. p. 356.
(*o*) *de aetate legitima puberum* cap. IV. §. 9.
(*p*) Diſſ. de *Tutela legitima* §. IX.

§. XXVII.

Arbitrarium olim apud Germanos fuiſſe maiorem aetatem, ordinum potisſimum conſenſu decretum, plura commonſtrant exempla. In Auſtriaca Hiſtoria exemplum occurrit Ioannis Parricidae, qui Rudolphi Habsburgici imp. filii ſecundi erat gnatus, qui licet annum aetatis decimum octauum fuiſſet egreſſus, nihilominus a patruo Alberto a tutela non fuit exemtus, ideoque vindictae cupidus, iſtum occidit, de quo GERHARDVS A ROO (*q*): *Ioannes tutelae iam annos egreſſus ſibi videbatur. Itaque et ipſe aliquoties et per alios paternae haereditatis ditiones ſibi tradi flagitabat. Patruus neque negatum iri, ſimul ac ad aetatem eamque vitae frugem perueniſſet, vt ſuis praeeſſe cum dignitate poſſet. Nunc vero in ea aetate id eſſe ingenium, eos mores, qui Rectores adhuc indigerent. Hanc repulſam male admodum concoquebat, imperandi ad petita aeger adoleſcens: trucidat cum adſeclis tutorem moroſum.*

§. XXVIII.

Alterum exemplum occurrit Sigismundi Auſtriae ducis, qui a. 1427. fuerat natus, Friderici ſenioris Tirolenſis lineae filius. Poſt iſtius obitum a. 1439. Fridericus Iunior, Erneſti filius, ex Stiria, ad Tirolenſes profectus, Sigismundi agnati tutelam ſuſcepit, cum prius prouincialibus diplomate cauiſſet, quarto poſt anno ſe ipſis principem tutela exemptum eſſe reſtituturum (*r*). Neque tamen poſt quartum, ſed poſt ſextum decimum annum tutela exemptus fuit Sigismundus, vt octodecim eſſet an-

(*q*) lib. II. p. 70. FVGGER lib. II. c. X. n. 2.

(*r*) teſte GERH. A ROO lib. V. p. 165. Adde FVGGERI *Spiegel der Ehren* c. XIII. p. 504.

annorum, de quo iterum GERHARDVS A ROO (*s*): *Per eosdem dies, ex arbitrio Alberti Brandenburgici, ſublata eſt, quae de Sigiſmundi Tirolenſis haereditate paterna inter Fridericum Caeſarem, eiusque fratrem Albertum, et Tirolenſes interceſſerat diſceptatio, et Sigiſmundus tutela exemptus, prouinciae ſuae gubernacula ſuſcepit.*

§. XXIX.

Alberti II. Vngariae Bohemiaeque regis filius Vladislaus ab Eliſabetha matre Friderici III. imp. tutela fuerat commiſſus, hac tamen conditione, vt eundem quandocunque vellet, poſſet reuocare, prout FVGGERVS (*t*) docet. Iſte poſtquam ſub Friderici III. imp. tutela legitima per duodecim annos fuiſſet, tandem ad Auſtriacorum inſtantiam Caeſar, ſe Ladislaum Vdalrici comitis tanquam auunculi poteſtati commiſſurum, promittit, ea lege: vt Berchtolsdorfii interim eſſet, neque rempubl. ante capesſeret, quam in publico conuentu per principes cognatos, Hungarorum item ac Boëmorum legatos, omnia eſſent transacta. Ladislaus igitur Salisburgico, Magdeburgico et Vdalrico Schaumburgico, aliisque proceribus, Berchtolsdorfium deducitur. In comite vero Cilienſi et Auſtriacis, qui cum eo ſentiebant, conuentorum fides deſiderata fuit. Quamprimum enim in ſua poteſtate principem habuere non expectato conuentu, de adducendo ipſo Viennam, rebusque imponendo conſilia pridem habita, executi ſunt (*u*). Eadem de re ANTONIVS BONFINIVS (*x*) ſic ſcribit:

 La-

(*s*) lib. V. p. 182.

(*t*) lib. V. cap. I. §. 8.

(*u*) Verba ſunt GERHARDI A ROO lib. VI. p. 192.

(*x*) *Hiſt. Vngar.* dec. III. lib. VII. p. 345.

Ladiſlaus e Caeſarea manu Auſtralibus reſtitutus, qui duce potiti, nonnulla deinde pacta abnegarunt: nam quum ex pacto ſtatutum eſſet, vt ad tertium idus Nouembris Viennae conuentus haberetur, vbi praeſentibus Ladislai cognatis, item Vngaris et Boëmis de pueri gubernatore decerneretur: interea Viennam non adiret, in poteſtate comitis Ciliae teneretur, nihil ex propria auctoritate, ante decretum conuentus gereretur: nihil ex his Auſtrales praeſtitere, contra vero puer dimiſſus, poſtero die Viennam ingreſſus, cum fauſtis acclamationibus et ſingulari pompa omnium ordinum exceptus eſt. Iſte igitur d. 10. Septembris, ordinum iudicio, adpellatur Maior ſuſcipitque regimen Auſtriacarum prouinciarum. Auſtriacorum exemplum ſequuntur Hungariae et Bohemiae regna, admouentque puerum ad clauum vtriusque Reipublicae (y). Verum, exemplum hoc non ſolum ſingulare erat, ſed plane illegitimum, dum contra datam fidem et pacta fieret, ex hac ſaltim ratione, vt Auſtriaci ducem ſuum Ladislaum a Friderici III. imp. poteſtate atque tutela eximerent. Adgnouit illud AENEAS SYLVIVS (z) ita ſcribens: *ſed vento ſimilis eſt Auſtralica fides, iunco fragilior marcido, nihil hoſce homines pudet; dictum atque indictum pari tenore accipiunt: iuratum et iniuratum iuxta eſt illis, non aequum non bonum ſapiunt, lucro inhiant omnes alieni rapaces, ſui tenaciſſimi, id demum apud eos honeſtum eſt, quod diues: id turpe, quod pauper. Vident regem aetate admodum tenera nondum puberem indigere tutore, et adminiſtrationem ei committunt eius terrae, quum vix grandaeuus Princeps bene gubernet. Quis non intelligat verſutias ac nequitias gentis? furari, rapere, deuorare pupilli bona feſtinant; priusquam conuenientes ad conuentum Principes, vt tanto ſanguini par eſt, gubernato-*

(y) Haec vberius exponit FVGGERVS *Spiegel der Ehren* lib. V. cap. VIII. §. 9. 10.

(z) *Hiſt. Friderici III.* p. 128.

tores puero tradant, praedamque de faucibus eorum eripiunt. Licet poſtmodum *decem et octo annorum aetas* apud Auſtriacos fuerit definita.

§. XXX.

Apud Bauaros annum maioris aetatis decimum octauum fuiſſe definitum, docet nos Wilhelmi Senioris Bauari propoſitio in Comitiis Prouincialibus, circumciſionis die a. 1514. facta, his verbis (*a*): *Wann aber in ſolcher gemeins Lands-Freyheit, auch in der Vormünder Erkläbrung, und der Landſchafft Erbhuldung geſetzt iſt, daſs V. G. Herr Hertzog Wilhelm, ſo S. G. achtzehen Jahr ſeines Alters erreicht, und das Fürſtlich Regiment annimt, alsdann gemeiner Landſchafft ihre Freyheit, ſamt der Erklärung beſtättigen ſol, und ſo das geſchicht, ſo ſollen alsdann gemeine Landſchafft aller Stände, S. F. Gn. mit Erbhuldigung, alsdann, wie jetzt, auch verpflichtet ſeyn. Demnach hat V. G. H. Hertzog Wilhelm, als S. Gn. zur S. Martinstag des 1511. Jahrs, achtzehen Jahr ſeines Alters erreicht, und an das Regiment getretten iſt, im Eingang ſeines Regiments derſelben Landſchafft in gemein und in ſonderheit, ihr Freyheit beſtättiget.*

§. XXXI.

Incerta olim erat maior aetas ad regimen ſuſcipiendum habilis Thuringiae comitum atque Landgrauiorum. Ludouicus II. dictus Salius, natus erat a. 1040. de quo PAVLVS LANGIVS (*b*): *Ludwicus cum barba genuit Ludwicum cognomento Saltatorem, ſecundum comitem Doringiae, qui na-*

(*a*) Extat apud HORTLEDERVM de C. B. G. lib. IV. c. XXXI. pag. 1626. 1627.

(*b*) p. 1139.

natus eſt ei anno MXL. Hic vero Ludouicus, primogenitus, filius Ludouici cum barba, comitis Thuringiae, eo mortuo ſucceſsit anno domini MLV. (*c*) ideoque aetatis quindecim annorum regimen ſuſcepit. Eiusdem aetatis erat Ludouicus VI. dictus Sanctus. Hic enim ſecundum Annales natus fuit V. Kl. Nouembris 1200. Pater eiusdem mortuus fuit anno 1114. de quo AVCTOR Hiſtoriae Landgrauiorum (*d*): *Anno Domini MCCXV. Hermannus Lantgrauius Thuringiae, dominus terrae Haſſiae, comes Palatinus Saxoniae, obiit in Gotha.* Huic autem ſtatim in Principatu ſucceſſit Ludouicus VI. (*e*). Idem tutelam geſſit Henrici illuſtris (*f*), adhuc minorennis, qui natus fuit a. 1218. dum pater ipſius a. 1221. fuit defunctus (*g*). Licet etiam matrem Iutam, quousque vidua manſit, regimen inſimul adminiſtraſſe, tradat ANTONIVS WECKIVS (*h*): Poſtquam autem Ludouicus expeditionem ſanctam ſuſcepiſſet, Hydrartum delatus, occubuit (*i*). Ipſum autem Henricum regimen adhuc minorennem ſuſcepiſſe ex variis ipſius diplomatibus pateſcit (*k*). Immo ipſum anno aetatis

(*c*) verba ſunt AVTHORIS *Hiſtoria Landgrauiorum* c. XII.

(*d*) c. XXXVI.

(*e*) c. XXXVII.

(*f*) HORN *Henrico illuſtri* cap. II. §. 2.

(*g*) HORN cap. I. §. 7.

(*h*) *Beſchreibung von Dresden* p. 104. De hoc FABRICIVS *Origg. Sax.* lib. VI. p. 574. *Defuncto ipſius patre, cum pubertatis nondum exceſſiſſet annos, Ludouicus IV. Landgrauius Thuringiae, eius auunculus, pueri tutelam, quam viuens eidem pater commiſerat, ſuſcipit; ſororique imperium relinquit; qua neminem exiſtimabat populo Miſnenſi aequiorem.*

(*i*) HORN. cap. II. §. 12.

(*k*) HORN. c. II. §. 14. SPANGENBERG *Adel Spiegel* p. I. lib. V. c. V.

tis XVI. iamdum factum fuiſſe maiorem, docet GEORGIVS FABRICIVS (*l*) dum ait: *Henricus cum ex ephebis exceſſiſſet: Conſtantiam ducit Leopoldi filiam;* quod factum fuit a. 1234. De Friderici Admorſi filio Friderico dicit AVCTOR (*m*) *Hiſtoriae Landgrauiorum: Friderico praenominato a. 1325. defuncto ſucceſſit Fridericus filius eius, aetatis ſuae anno XV.* Fridericus Strenuus Thuringiae Landgrauius defuncto a. 1349. Friderico Graui patre a Carolo IV. imp. octodecim annorum factus, tutor fratrum ſuorum minorennium, Balthaſaris, Ludouici et Guilielmi I. ad decennium fuit conſtitutus, vsque dum iunior ex fratribus decimum ſeptimum aetatis annum obtigerit. De quo GEORGIVS FABRICIVS (*n*): *Defuncto patre, cum de prouinciarum diuiſione varia conſilia inirentur, optimatibus viſum eſt, vt tutoris nomine atque auctoritate Fridericus omnes adminiſtraret, fore enim viribus coniunctis magis inuictos.* Idemque die Martis poſt Valentini 1350. ſuo fratrumque nomine fuit inueſtitus. Guilielmus III. Dux Saxoniae a. 1425. natus, a. 1445. ideoque ſaltim viginti annorum, cum Friderico II. Electore, fratre ſeniore, terras diuiſit (*o*). Licet Sereniſſimi Saxoniae duces poſtmodum in Teſtamentis ſuis vigeſimum primum annum maiori aetati terminum conſtituerint. Sic enim in Teſtamento Ioannis Electoris de a. 1556. *Wann aber unſer Sohn, Hertzog Johann Ernſt das 21. Jahr vollbracht, alsdann ſoll un-*

(*l*) lib. VI. p. 576.

(*m*) c. XCI.

(*n*) lib. VI. p. 674.

(*o*) Haec et alia exempla adducit *Deductio Iſenacenſis* apud LONDORPIVM. Tomo XVI. p. 133.

unſer Sohn, Hertzog Johann Friedrich, auf gemeldetes unſers Sohns Joh. Ernſts, Begehren und Anſuchen der gepflogenen Vormundſchafft, bey Brüderlichen und guten Glauben, und wie Seine Lbd. in gleichen Fall wolten gethan haben, Beſcheid und Unterricht geben (*p*). Id quod etiam in reliquis Teſtamentis plerumque fuit obſeruatum. Idem annus in Teſtamento Erneſti Pii Ducis Saxo-Gothani 1654. fuit definitus, et ſi Princeps impuber ab imp. veniam aetatis impetrauerit, prout verba habent: *Würde auch es etwan bey der Römiſchen Kayſerlichen Majeſtät unſerm allergnädigſten Herrn aus beweglichen Urſachen, noch von uns oder ſonſten dahin gerichtet werden, daſs unſer elteſter Sohn nach Erfüllung ſeines achtzehenden Jahrs* veniam aetatis *erlangete; ſo wollen wir, daſs vor offt Hochgedachter unſerer Gemahlin Lbden nebens dem Vormundſchaffts-Collegio nichts deſto minder in der ihnen aufgetragenen Vormundſchaffts-Adminiſtration mit ihm zugleich, bis er das 21te Jahr erfüllet, fortfahren, nach derſelben Zeit aber unſer Gemahlin Liebden die Vormundſchafft allein mit jetzigedachtem unſerm Sohn ſo lang, bis noch einer aus den Jüngern auch ſeine voigtbare Jahre erreichet, continuire: Welches denn auch alſo mit den ſubſtituirten Vormündern, wann unſere Gemahlin Lbden nach dem 18. Jahr unſers Sohns verſterben ſolte, bis zu Endigung des 21ten Jahrs zu halten; Nach Erlangung aber deſſen, hat unſer Sohn die Vormundſchafft der Jüngern Brüdere, und des Landes Adminiſtration allein zu verführen etc.*

§. XXXII.

In Sereniſſima gente Brunſuicenſi ex maiorum inſtitutis annus aetatis decimus octauus ad maiorem aetatem fuit definitus, de quo Friderici Pii Teſtamentum de a. 1477. (*q*): *Vün-*

(*p*) Apud LYNIGIVM Contin. II. p. 485.

(*q*) Extat apud LVNIGIVM *Fortſ. der andern Continuation* p. 262.

Vünde ſiick ock, na Willen des Allmechtigen Godes, dat wy vor demſelben unſes Sones Son, (Henricke) ehr he to ſodamen vorgeſcreven namlicken achteyn Jar gekomen wäre, van Dodes wegen affgiengen, ſo geven und ſetten wie ome, denn alſſe nu, und nu alſſe denn, to rechten waren Vormündern, unſe getruwen Rede unſes Landes Lüneborg, alle Geiſtlick und Wertlick, und den Rad to Lüneborch, und andern Uemende, den ſulven unſes Sones Sohn wy den genanden unſern Reden, by alſo dann getruwen Loffien und Eeden, darmede ſe uns und unſer Herscup bewant ſyn, mit ſynen Landen und Luden, wolto menesde, und on truwelicken na orem Witten und ſyenen, alſe ſee vor dem leve Gode willen bekant ſyn, vortoweſende, und to vorſtande, ock denn alze nu, und nu alze denn bevelend, und bevalen gehabt hebben willen. Und wann he denn achteyn Jar olt geworden were, ſcullen ſe on to dem vullen Regimente ſyner Lande und Lute ſtaden und kommen laten, und ome den fort truwelicken helpen raden, und da denn, alſe truwen Underſaten orem Herren to donde wol geſoget.

§. XXXIII.

Iulius tamen Brunſuicenſis dux in vltimis tabulis ſuis a. 1582. (*r*) annum vigeſimum quintum iterum definiuit, his verbis: *ſo lange ſie unſer Gemahlin ihren Witwenſtand unverrückt, nicht allein gemelter aller unſer Kinder obriſter Vormünder ſeyn und bleiben, ſondern auch, ſo lange als unſer älteſter Sohn und verordneter regierender Hertzog Heinrich Iulius ſein vollkommenes Alter und zum wenigſten 25. Jahr erlanget, und ſeine Studia compliret haben wird, die gantze Fürſtliche Regierung haben und behalten, und unſern Söhnen und Töchtern, mütterlich und ufs treulichſte, und beſtem Ihrem höchſten Verſtande nach, fürſtehen ſol.* Ge-

(*r*) Extat apud LVNIGIVM *Fortſ. der andern Continuation* p. 301.

orgius Dux licet filium Chriſtianum Ludouicum reliquiſſet viginti annorum, in Teſtamento tamen a. 1641. ordinauit: *ehe und bevor unſerer Söhne einer das 25. Jahr erreichet, ſollen ſie ſich der Landes-Regierung enthalten.* Licet acutisſimus Ireconſultus, AVGVSTINVS LEYSERVS (*s*) probe adnotauerit, Brunſuicenſes duces, non attentis hiſce teſtamentis recentioribus, hodie anno aetatis XVIII. fieri maioris aetatis.

§. XXXIV.

comitiis aliisque conuentibus imperii nomine publicanda ſubſcribat, et ſubſignet vel ipſe vel per ſuum imperii vice-cancellarium. Quomodo ſit cuſtos et director archiui imp., omnia memorialia ac ſupplicationes pro impetrandis quibuscunque indultis, gratiis ac priuilegiis in aula Caeſarea per ſuum vice-cancellarium accipiat, in cancellaria aulica acta, atteſtata et alia magni momenti negotia pro imperio ſolus expediat, aulicum iudicium viſitet, illaque dirigat; nec non poſtas per totam Germaniam protegat, comitia ad electionem caeſaris neceſſaria conuocet, in collegio electorum proponat, coëlectores eidem iusiurandum praeſtent, et quae ſunt alia. Praeterea his etiam de electoribus addere poſſemus, illis nimirum incumbere officia, *die Ober-Aemter* dicta, eccleſiae Bambergenſi praeſtanda, quorum intuitu aliam induunt perſonam. Sed de his alio tempore. Vid. interea WAGENSEIL de officialibus c. XVIII. §. 7 - 10. ſeqq. Ad principes ſtricte ſic dictos potius nunc progrediendum, atque de illis idem docendum, niſi ad ſtatum eorum priuatum properandum eſſet. Habent enim, ſi electoralem dignitatem atque illa cum hac connexa iura excipis, itidem prouti electores varias publicas perſonas, tam intuitu exterorum, quam imperii atque circulorum. Illud tamen adhuc addendum, quod inter eos magiſter Teutonicus in comitiis imperii in eorum et quidem eccleſiaſticorum claſſe poſt archiepiſcopos ſedem ſuam habeat; in conuentibus vero circuli Franconici ratione ditionum immediatarum in illo ſitarum, inter praelatos collocetur. Cauſſa ea eſt, quoniam ibi non vt magiſter ordinis Teutonici, ſed vt praelatus reſpicitur, et conſenſu ordinum ad Ferdinandi I. imp. interceſſionem inter ordines circuli fuit receptus, hincque aſſeſſorem in iudicio Burggrauiatus Noriberg. conſtituit, teſte MVLZIO *repraeſent. maieſt. caeſ.* P. II.

c. 2.

c. 2. SCHÜZ IVN. L. I. HERT. diſſ. de *vno hom. plures perſon. ſuſt.* S. III. §. 5. STRVV. corp. I. P. p. m. 857. n. 75. Ex eiusdem ſtatu obſeruamus, vnum eundemque principem imperii diuerſo reſpectu vel absque medio vel cum medio interueniente ſubeſſe poſſe imperio. Vid. GAIL de *arreſt. imp.* c. 6. n. X. MEICHSNER T. II. dec. 6. n. 53. Nam cum ille XI. balliuias ſub ſe habeat, e. g. Auſtriacam, Tirolenſem, Alſaticam, Confluent. Franconicam, Biſſenſem, Weſtphalicam, Lotharingicam, catholicae religionis, atque inter euangelicas Hasſiacam, Thuringicam et Saxonicam, quae partim ſuperioritati territoriali ſubſunt, vbi nimirum balliuia ſita eſt, partim absque medio imperio ſubiectae ſunt, oneraque imperii praeſtant, vid. GRYPH. *von Ritter-Orden* p. 68. *Europ. Herold.* P. I. p. 334. IO. CASP. VENATOR *im Bericht von Marianiſchen Ritter-Orden*, STRVV. c. l. c. XXXII. §. 19. ſeqq. ſequitur, quod princeps atque vaſallus imperii modo mediatus, modo immediatus habendus ſit, hincque hac ratione varias prae ſe ferat perſonas. Idem inuenimus in ordine Ioannitico, cuius magiſter inter abbates principali dignitate praeditos in comitiis votum et ſesſionem habet, nec ſolum imperatorem atque imperium, ſed pontificem Romanum quoque, vt et ſupremum ordinis magiſtrum, qui Malthae ſedem habet, veneratur ſuperiorem. Pars patrimonii ordinis Ioannitici in Germania conſiſtit in balliuia Marchiae Brandeburgicae, cuius magiſter ſedem ſuam Sonneburgi habet, et landſasſius Pomeraniae habetur, qui tributa aeque ac alii ordines prouinciales Pomeraniae pendere debet, electoremque Brandeburgicum patronum et dominum directum agnoſcit. PVFFENDORFF *rer. Brandeb.* L. III. §. 30. Add. CHRISTIAN. de OSTERHAVSEN *im Bericht deſſen, was zu einer vollkommenen Erkänntniſs des Ritterlichen Ordens St. Iohannis von Ieruſalem*

zu *Maltha von nöthen*. Similia etiam exempla per alios imperii ordines adducere poſſemus, ſi diffuſiores eſſe vellemus. Sic enim multos Germaniae principes in medium proferre poſſemus, qui regis Bohemiae, archiepiſcopi Moguntini, epiſcopi Bambergenſis, principis Hirſchfeldenſis ſunt vaſalli. Teſtantur hoc exempla comitum Waldeccenſium, Landgrauiorum Haſſo-Caſſellanorum exiſtentium, principum Schwarzburgicorum, comitum Stolberg. Schoenbergiorum, qui electorem et duces Saxoniae recognoſcunt dominos directos, vid. B. BVRC. GOTTH. STRVVII *Elementa iuris feud.* Cap. VI. §. XXII.

Principes imperii autem non ſolum in imperio et circulis eius publicam ſuſtinent perſonam, ſed in territoriis quoque ſuis. Quemadmodum vero illi vel euangelicae vel catholicae religioni addicti ſunt, ita et eorum ſtatus et conditio modo auguſtior modo anguſtior eſt. Nam princeps euangelicae religioni adſcriptus profecto multo auguſtiorem ſpeciem multis in negotiis in territorio ſuo prae ſe fert ac catholicae eccleſiae addictus. Ille enim exercet iura circa ſacra interminate, ipſe eſt papa et epiſcopus in ſuis prouinciis, templa ſtruit, miniſtros eccleſiae conſtituit, iis dignitates, titulos, honores, ordines praeſcribit, atque concedit, eos remouet, ferias, faſtos et nefaſtos dies imperat, caeremonias ritusque determinat, ornatum, adparatum, habitum, veſtitum definit, eique modum dat, bona eccleſiae in eius tutela et reipublicae cura ſunt, de iis diſponit, non rapit, aut ad ſe trahit, res ad Dei cultum deſtinat, dirigit res ſacras vel quaſi, et religioſas, confert praebendas et beneficia in canonicatibus euangelicis, gaudet iure primariarum precum, vid. PFEFFING. *ad Vitr.* III, 2. §. 9. a. V, 2. 93. ad eius cameram ſeu fiſcum deuoluunt menſes papales, diſpenſat circa matrimonia, inceſtus, leges fert circa di-

diuortia aliasque cauſſas matrimoniorum, idque absque pontificis vel epiſcopi interuentu. Eſt iudex in diſsidiis coniugum, diuortiis, adulteriis, adeoque in propriis harum litium cauſsis, eius matrimonium nullis hominum legibus nec ad certos gradus eſt adſtrictum, eandemque in matrimoniis ineundis habet poteſtatem ac ſupremus imperans, vtitur iure aggratiandi, prohibet coetus, eos conuocat, atque dimittit, circa ſepulturas conſtitutiones promulgat, easque adplicat, interpretatur, et pro lubitu abrogat, et vt vnico verbo dicam, omnia, quae lege diuina poſitiua, Pace Weſtphalica, aliisque imperii legibus circa ſacra non conſtituta, illa iuſſui et arbitrio principis euangelici relicta ſunt, et quae ſunt reliqua a B. de LVDEWIGIO ex profeſſo in diſſ. de *praecipuo principis euangel.* explanata. Quaenam vero ex his iuribus catholico principi competant, quilibet tiro iuris pontificii facile perſpecta habebit. Alia autem iura communia habet princeps euangelicae religioni dedicatus cum catholico, nimirum, quod ſit ſuperior legislator, hincque leges et ſtatuta condat, eaque confirmet, vel iis deroget, priuilegia largiatur, eaque reuocet, auocatoria emittat, iura ciuitatis indulgeat, famam reſtituat, moratoria condat, veniam aetatis tribuat, illegitimos legitimet, magiſtratus conſtituat, iudicia ordinet, atque diruat, ordinationes politicas condat, academias inſtituat, dignitates, honores, inſignia conferat, aſyla aperiat, curſus publicos inſtruat, nundinas ſtatuat, Iudaeos recipiat, relaxet iuramenta, ferias indicat, monetas cudat, circa pondera, menſuras diſponat, pretia rerum determinet, copias paret atque exercitum collegat, vtatur iure ſequelae, delectuum, hoſpitationum, metationum, praeſidii, exſtruat fortalitia, munimenta, armamentaria, exerceat ius repreſaliarum, comitiorum, archiui, regalium, viarum publicarum, teloniorum, vectigalis et ripatica.

 exi-

exigat, tributa imponat, *Accis* et *Angeld* poſcat, ab iis quosdam eximat, adeſpota occupet, dominium ſibi vindicet in flumina, pontes, et quae ſunt multa alia. Vid. *meditat. de potentatu ſtatuum S. R. I.* a nobis edita p. 64. ſeqq. Salutatur ab imperatore Neue et Oheim, vtitur inſignibus, *Fürſten-Huth*, cera rubra, atque in multis aliis aliam eamque auguſtiorem perſonam prae ſe fert ac comites aliaeque perſonae illuſtres. Sufficiant haec de publico principis imperii ſtatu. Cum vero ſaepius repetitum ſit, eum non ſolum publico, ſed et priuato frui ſtatu, ex eoque varia iura deduci poſſe, atque de publico pauca in medium prolata ſint, ad priuatum progredimur.

Priuata vel quaſi principis perſona diiudicatur ex actionibus, quas cum priuatae conditionis hominibus imperio carentibus communes habet, neque directe ad rempublicam ſpectant, etſi illam indirecte concernere queant. Quamuis igitur perſonam principis priuatam ſtatuamus, non tamen exiſtimandum eſt, ac ſi ille aliaeque perſonae illuſtres eandem priuatam conditionem vel iura vti alii ſubditi, ſiue ſint ciues ſiue ruſtici, ſuſtineant. Agit quidem princeps in negotiis priuatis priuatam perſonam, non tamen ceu iurisdictioni obnoxii, qui nimirum actiones ſuas ad leges prouinciales accommodare debent, ſed illius eminentisſima dignitas, eximiaque libertas ſemper in eo reſpicitur, et remanet, nec ab illo ſeparari poteſt. Retinet igitur princeps etiam in priuato ſtatu ordinem ſuum ſpectatisſimum, quin imo eius negotia, etſi iuris priuati habeantur, creberrime tamen ſimul perſonam principis publicam concernunt, illamque attingunt, quo pertinent ſucceſſiones, ſi e. g. pater liberos ſpurios et naturales reipublicae praefecturus eſt, tutelae principum, nuptiae, donationes, contractus de terris alienandis ſiue adquirendis, imo delicta reſpectu imperii vel prouin-

cia-

ciarum perpetrata, etc. Sed ſi illius negotia tantummodo res priuatas concernunt, priuati iuris quidem habentur, ita tamen, vt reſpectus perſonae principis cum imperio exiſtentis nec ab eo, neque ab illius negotiis penitus ſeiungi queat. Quaeſtio inde oritur, quaenam iura in eiusmodi actionibus principi, illuſtribusque imperii obſeruanda ſint, et num ius naturae, gentium vel Romanum et canonicum illarum norma ſit? Cum vero hanc quaeſtionem excell. HELLFELDIVS in elegantisſima diſſ. praelim. de *fontibus iuris, quo illuſtres vtuntur* T. I. *iurispr. her.* praemiſſa, mirum in modum illuſtrauerit, eam praetermittimus. Negari quidem non poſſumus, illuſtres quandoque in negotiis priuatis commune priuatorum ius obſeruaſſe, atque adhuc hodie obſeruare, ſed exinde euinci nequit, illud eorum ſolam et vnicam normam eſſe. Obſeruamus potius, ius priuatorum, praecipue Romanum et canonicum illuſtres tantum in eo caſu in ſubſidium recepiſſe, quando illi in ſtatu mere priuato ſint conſiderati et leges patriae deficiant. Occurrunt quidem exempla, ex quibus patet, illuſtres pacto ſeſe iuri priuatorum obſtrinxiſſe, prouti in ſerenisſima domo Saxonica obtinet, vbi Auguſti duces ſuo iure viuere volunt, vid. MÜLLER. *Staats-Cabinet* P. IV. Obſ. I. §. II. TRANSACT. NVMBVRG. de A. 1554. verb. *Daſs da ein Artickel vorfiele, der ſich in die Sächſ. Rechte in der Haupt-Sache ziehen thäte, daſs darin demſelbigen Sächſ. Recht nach geſprochen werden ſolte.* Add. DEDVCTIO *Sachſen-Eiſenach contra Fulda reluit. Salzungen und Lichtenberg.* p. 40. Diſſ. prael. T. I. §. 37. p. 38.* *iurispr. her.* STRVV *corp. iur. publ.* c. XXVI. §. 6. 7. p. 1000. hoc tamen pactum regulam vniuerſalem in S. R. imperio conſtituere nequit, patet potius ex praxi, leges humanas, praecipue Romanas, canonicas, Longobardicas indiſtincte ad

eorum

eorum negotia priuata non applicari, nec ad ea applicari poſſe, inprimis quod attinet ad harum legum ſolemnia externa. Et huc commode trahi poſſe videntur verba ORDIN. IVD. AVL. IMP. T. II. §. 9. quae ſic ſe habent: *Hingegen wollen wir ſie an andere unnöthige Gerichts-Solennia dadurch dem Hauptwerck und genugſamer Erkundigung der Wahrheit nichts zu- oder abgehet, keinesweges verbunden, ſondern vielmehr auf den gemeinen Nutzen und Fürderung der heilſamen Juſtiz gewieſen und verpflicht haben.* In controuerſiis igitur principum ac ordinum imperii ſiue ipſo iure territorii, ſiue de aliis negotiis, quae in contentionem veniunt, decidendis, leges quidem priuati iuris adhibentur, atque hoc modo cauſſae illuſtrium iure priuatorum magnam partem diiudicantur; non tamen eodem ſemper rigore ac in priuatorum cauſſis ius dicitur, vid. HVGO de *ſtat. reg. Germ.* c. VI. §. 37. Sunt et aliae eorum actiones, quae non ſemper ſecundum iura priuatorum metiendae ſunt, ſed maiorem libertatem priuatis non competentem praeſupponunt, multa quoque principibus atque illuſtribus in eorum ſtatu priuato interdicuntur, quae aliis priuatis conceduntur. conf. TITIVS *iur. publ.* L. I. c. I. §. 48. Verum enim vero exinde minime cum aliis aſſerendum eſt, proceres imperii noſtri iure naturae et gentium tantum teneri. In certis cauſſis hoc quidem obſeruant, ſed his adiungenda ſunt iura patria, et pacta nec non receſſus cum ordinibus prouincialibus et familia contracti, conſuetudines etc. Quod ad patria etiam antiquiſſima attinet iura, de illis animaduertitur, in iis conſeruandis tenaciores fuiſſe atque eſſe illuſtres, atque inde multa ex Germanicis antiquis iuribus ſupereſſe in illuſtrium iuriſprudentia priuata notanda, quae fruſtra in priuatorum cauſſis applicantur. De iure canonico

nico adhuc notandum eſt, pontifices, etſi illuſtres praecipue in matrimoniis ad illud adſtringere voluerint, prouti fecit Nicolaus P. R. in cauſſa diuortii Lotharii et Thietbergae, vid. *iuriſpr.* T. II, 15. IV, 284. 292. 294. epiſt. XI. apud DV CHESNE T. III. p. 838. atque liberos ex matrimonio contra canones inito prognatos excluſerint, ceu patet ex exemplo Tancmari, Henrici Auc. ex Hatburgi velata matre procreati vid. T. III. *iuriſpr. her.* p. 631. nec non illuſtres creberrime illius ſolemnia in ſponſalibus et celebrandis matrimoniis obſeruarint, quod innumera exempla ſponſaliorum de futuro et de praeſenti aliorumque negotiorum teſtantur, attamen in omnibus non obtinuerunt pontifices, ſed quando illud retinuerunt illuſtres, ſponte factum eſt.

Haec de iuribus principum in ſtatu priuato. Sed progrediendum eſt ad eorum conditiones et ſtatus priuatos ipſos, qui, vti ſaepius dictum eſt, itidem varias admittunt qualitates, adeo, vt aliam ſpeciem prae ſe ferant ſponſalia, nuptias celebrantes, aliam poteſtatem domini, mariti, patris exercentes, aliam contractus ineuntes, delicta committentes etc. Inter ea igitur capita, quae priuati iuris eſſe poſſunt, referuntur ſponſalia, connubia et pacta dotalitia, hinc et illa primo loco in hoc praeſtantisſimo opere tam a B. STRVVIO, quam ab excellentisſimo eius genero, D. IO. AVG. HELLFELDIO, profeſſore iuris celeberrimo, ſolidisſima eruditione exhibita ſunt. Sponſalia autem contrahens in alio ſtatu exiſtere poteſt, ac connubium celebrans. Illud etiam in impubertate fieri poteſt, hoc autem minime. Ad hoc enim habilitas corporis requiritur, quae ſaepius apud illuſtres ex iure Romano diiudicatur. vid. T. I. p. 158. §. 18. ſeqq. *iuriſpr. her.* Si autem nuptiae conſummatae ſunt, tunc aliam perſonam ratione vxoris ſuſtinet, nimirum mariti, at-

que intuitu liberorum exinde oriundorum, patris, quae a ſe inuicem differunt. Maritus enim vxoris legitimus tutor eſt, habet poteſtatem in vxorem, penes eum eſt directorium ſocietatis coniugalis eiusque conſilium fragili feminae plerumque melius habetur, praerogatiuae eidem quaedam prae femina tribuendae, nec non vi maritalis poteſtatis vxorem quandoque ad actiones certas cogere poteſt. vid. pluribus T. II. p. 421 - 423. *iurispr. her.* Tanquam pater legitimus adminiſtrator eſt bonorum liberorum ſuorum, liberis, vt et vxoribus filiorum eorumdemque liberis alimenta praeſtare, eosque felices reddere et educare debet, eos ab aliis vindicare, atque coercere poteſt. Sed in puniendis et caſtigandis ſaepius concurrit patria cum imperantis poteſtate, vbi quaeritur, quodnam officium in hoc caſu praeualeat, ſi in modo puniendi liberos ſuos patris et imperantis officium obſeruare nequeat? Et recte illud imperantis praeualere ab excell. HELLFELDIO P. V. p. 34. *iurispr. her.* euictum eſt. Deinde pater emancipat, naturales legitimat, adoptat, et quae ſunt alia, quae quidem vt pater ſed cum imperio praeditus agit. Aliam deinde perſonam induit princeps imperii, ſi ei tutela per teſtamentum ſiue per pactum, ſiue ab imperatore defertur, ſiue legitimam ſubit, et quidem aut publicam aut priuatam adminiſtrat. Publicae tutelae iura ſunt eximia; ſed priuata non adeo magna habet commoda: Aliam porro agit perſonam in pactis et contractibus, et quidem quatenus illos cum aliis ordinibus vel cum exteris vel cum ſubditis init. In priori caſu eius obligatio ac perſona ex praeceptis iuris naturae et gentium nec non conſtitutionibus imperii conſideratur; poſteriori vero ex iuribus ciuitatis ſeu priuatis obſtrictus eſſe videtur. Vid. KEMMERICH. *introduct.* ad *ius publ.* Lib. VIII. c. XI. §. 1. ſeqq. 10.

STRAV-

STRAVCHII diſſ. de *contractib. princip.* Nunc ad donationes aliaque negotia priuati iuris progredi poſſem, dummodo illud tempus permitteret. Accipe interea haec pauca raptim confecta BENEVOLE LECTOR, benigne, noſtrisque Muſis faue, et vale. E muſeo ipſis Nonis Maii Anni

CIƆIƆCCXXXXVIII.

IVRISPRVD. HEROICAE

Pars I.

D. Io. A. Hellfeldii diſſertatio de fontibus iuris, quo illuſtres vtuntur.

Cap. I. de obſeruantia, iudicio et arbitrio inter gentes. p. 6.

Cap. II. de illuſtrium perſonis. p. 97.

Cap. III. de illuſtrium ſponſalibus et nuptiis. p. 141.

Cap. IV. de matrimoniorum inter illuſtres reſtricta fucultate. p. 209.

Cap. V. de matrimonio ex ratione ſtatus illuſtrium. p. 289.

Cap. VI. de ſponſalibus et matrimoniis illuſtrium impuberum. p. 404.

Cap. VII. de matrimoniis illuſtrium in gradibus probibitis. p. 477.

Pars II.

Cap. I. de iure diſpenſandi circa matrimonia illuſtrium. p. 1.

Cap. II. de matrimonio inaequali virorum illuſtrium.

Sect. I. de matrimonio inaequali iuris principia ſiſtens I. A. Hellfeldii. p. 23.

Sect. II. de matrimonio inaequali illuſtrium virorum exemplis illuſtrato. p. 66.

Sect. III. de matrimonio inaequali ad legem morganaticam. p. 111.

Cap. III. de matrimonio feminarum illuſtrium inaequali. p. 133.

Cap. IV. de matrimonio inter perſonas diuerſae religionis. p. 169.

Cap. V. de matrimoniis illuſtrium per procuratorem.

Sect. I. praecipua iuris capita circa haecce matrimonia exhibens. p. 222.

Sect. II. exempla matrimoniorum per procuratorem. p. 251.

Cap. VI. de matrimonio virgineo et conſcientiae illuſtrium. p. 363.

Cap. VII. de ſecundis illuſtrium perſonarum nuptiis. p. 391.

Cap. VIII. de poteſtate maritali in vxorem.

Sect. I. praecipua iuris capita exhibens. p. 421.

Sect. II. exempla imperii maritalis ſiſtens. p. 451.

Cap. IX. de dote et pactis dotalibus. p. 465.

Sect. I. de dote et pactis dotalibus exterorum. p. 473.

Sect. II. de Germaniae principum dote. p. 548.

Pars

Pars III.

Cap. I. de dote perſonarum illuſtrium.

Sect. I. de dote illuſtrium iuris principia exhibens. p. 6.

Sect. II. de vaſis et iocalibus, quae praeter dotem marito adferuntur. p. 34.

Sect. III. exempla regnorum dotalium. p. 52.

Cap. II. de donatione propter nuptias et Morgengaba.

Sect. I. de Morgengaba et donatione propter nuptias exhibens iuris principia. p. 96.

Sect. II. de ſponſalitia largitate et morgengaba. p. 123.

Sect. III. de donatione propter nuptias. p. 163.

Cap. III. de dotalitiis illuſtrium.

Sect. I. iuris principia, quae circa illuſtrium obtinent dotalitia. p. 206.

Sect. II. exempla dotalitiorum illuſtrium exhibens. p. 276.

Cap. IV. de polygamia illuſtrium. p. 432.

Cap. V. de partu ſuppoſito et cuſtodia corporis. p. 456.

Cap. VI. de liberis illuſtrium naturalibus.

Sect. I. de liberis illuſtrium naturalibus in genere et in ſpecie de eorum ſucceſſione. p. 510.

Sect. II. de excluſione ſpuriorum ex principibus natorum exteris. p. 601.

Sect. III. de ſpuriis illuſtrium Germanorum. p. 624.

Pars IV.

Cap. I. de repudiis illuſtrium. p. 1.

Cap. II. ſiſtens diuortiorum, ab illuſtribus extra Germaniam factorum exempla. p. 68.

Cap. III. de diuortiis illuſtrium praeſertim Germanorum.

Sect. I. de diuortiis illuſtrium Germanorum, iuris exbibens principia. p. 225.

Sect. II. diuortia illuſtrium Germanorum exemplis illuſtrata. p. 282.

Cap. IV. De iudice cauſſarum, quae inter illuſtres agitantur matrimonialium. p. 373.

Cap. V. de adoptionibus illuſtrium.

Sect. I. de adoptione in genere, iure et ritu adoptandi illuſtrium. p. 406.

Sect. II. de adoptionibus illuſtrium Germaniae. p. 444.

Sect. III. de adoptionibus regum et principum exterorum. p. 476.

Cap. VI. de legitimatione filiorum naturalium illuſtribus natorum. p. 527.

Pars V.

Cap. I. de patria illuſtrium poteſtate.

Sect. I. iuris exbibens principia. p. 5.

Sect. II. ius patriae poteſtatis exemplis illuſtratum. p. 87.

Cap.

Cap. II. de emancipatione illuſtrium.

Sect. I. iuris exhibens principia. p. 167.

Sect. II. emancipationis illuſtrium exempla ſiſtens. p. 177.

Cap. III. de illuſtrium concubinis. p. 207.

Cap. IV. de tutelis illuſtrium exterorum.

Sect. I. iuris ſiſtens principia. p. 319.

Sect. II. tutela illuſtrium exterorum illuſtrata exemplis. p 341.

Cap. V. de tutelis illuſtrium Germanorum exempla ſiſtens. p. 413

Cap. VI. de iure, quo Germani circa tutelam allod. et feud. vtuntur generatim. p. 586.

Cap. VII. de diuerſis tutelae illuſtrium ſpeciebus variisque eam conſtituendi modis. p. 616.

Pars VI.

Cap. I. de tutela teſtamentaria, legitima, datiua, materna et pactitia. p. 1.

Cap. II. de confirmatione tutorum vel curatorum. p. 69.

Cap. III. de excuſationibus tutorum vel curatorum voluntariis et neceſſariis. p. 101.

Cap. IV. de poteſtate et obligatione tutoris intuitu perſonae ac bonorum pupilli ſeu minoris. p. 125.

Cap. V. de maiore principum aetate. p. 148.

Cap. VI. quibus modis tollatur tutela. p. 200.

Quoad

Quoad allegationes Tomorum notes quaeſo.

a) Tomus I. ſequenti modo allegatur: I, §. 8, 10. n. c. Vbi numerus Romanus *tomum*, alter numerus *paragraphum*, tertius *paginam* quartus notas indicat.

b) Tomus II. eodem modo deſignatur, v. g. II, 20. vbi, vti et in ſequentibus §§phi omiſſi ſunt, et primus numerus Romanus Tomum, ſecundus paginam monſtrat.

c) Tomus III. non minus allegatur quam per numeros e. g. III, 15.

d) Tomi IV. allegatio per numeros e. g. IV, 18. peragitur.

e) Tomi V. ſigna per numeros e. g. V, 22. indicantur.

f) Tomus VI. per numeros e. g. VI, 34. exhibetur, interdum tamen ſequenti modo VI, c. 3. §. 4. et paginae omittuntur, quoniam typographus quandoque imprimendo repertorio praeuenit elaborationem materiarum hoc tomo continentium.

Aales,

Aales, filia Lud. R. Franc.
- - vxor Guil. comitis Pontini extitit. II, 475.
- - eius dos et maritagium recenſetur. *ib.*
Abaſtire
- - quid ſignificet. III, 517.
Abbates
- - an titulo illuſtris decorati fuerint. I, 21.
Abbatia
- - eius bona num in dotalitium concedi queant. III, 246.
Abdalla, Maurorum rex
- - cuiusnam filius fuerit. II, 184.
- - quomodo rex euaſerit. *ib.*
- - quid in eius matrimonio prouiſum ſit. *ib.*
- - ei Alfonſus rex Legionis ſororem ſuam Thereſiam in matrimonium dedit. II, 180.
- - eius matrimonium, erepta pudicitia, diſſolutum eſt. *ib.*
- - cum eo Thereſia noluit concumbere, antequam chriſtiana ſacra fuerit amplexus, *ib.* 183 ſq.
Abderhamannus Maurorum rex.
- - eius petitum ad Ramirum regem Legionis. I, 8.
Abdicatio liberorum apud Romanos
- - per Diocletianum imp. fuit abrogata. V, 93.
- - ea vt et reſciſſione finitur patria poteſtas. *ib.* 178.
Abigail vxor Dauidis.
- - cum ea Dauid inaequale matrimonium iniit II, 68.
Abrahamus Patriarcha
- - eius matrimonium cum Cethura num ad L. morganat. fuerit. II, 118. 119.
- - filium Iſmaelem ex Hagare procreauit. III, 559.
- - Lotum, fratris ſui filium adoptauit. IV, 478.
- - eius nuntius, Iſaaco vxorem quaeſiturus, quid ſecum attulerit. III, 123.
Acamantes Theſei filius
- - quid ei in dotem datum fuerit. II, 513.
Acerba
- - interficitur coram altari. II, 394.
d'Acres (Ioanna)
- - eius mariti enarrantur. II, 142.
Actio
- - pro dote repetenda cui competat. III, 31. ſeqq.
Actius, vice-Comes Mediolan.
- - ei a femina ſua partus ſubſtituitur. III, 473.

Adalboldus orient. Saxon. rex.
- - matrem duxit vxorem. I, 485.
Adaluualdus rex Longob.
- - poſt patris obitum tutelae maternae ſubfuit. V, 405.
Adam, Sator generis humani.
- - Euam tanquam ſui ſimilem agnouit. II, 118.
Adela coniux Lud. VII. R. Gall.
- - a marito regno praefecta eſt. V, 62.
Adela Lud. VII. Gall. R. filia.
- - Ricardi, Henr. II. R. Angliae filii ſponſa IV, 182.
- - eam ducere appetiit Henr. II. Angl. R. *ib.*
Adela, Ottonis Diuitis March. Miſn. filia.
- - dimiſſa eſt a Primislao, rege Bohem. IV, 277.
- - num incluſa ſit in monaſterium Waſſerburg. *ib.* et 329.
Adelbertus Marchio Ital.
- - ei ſubſtituitur filius ab vxore ſua Bertha. III, 473.
Adelheida Theobaldi Vochburg. March. filia.
- - coniux Frid. I. imp. ab hoc dimiſſa. IV, 312.
Adelheida, Lud. II. Saltatoris dicti, filia.
- - vxor Odalrici, comitis de Vinaria, dimiſſa ab eo eſt. IV, 334.
Adelheid Lothar. R. Ital. vxor.
- - ei conſtituitur dotalitium in terris. III, 220.
- - nubit Ottoni M. Imp. ex ratione ſtatus I, 300. §. 6.
Adelheida Henrica Victoris Amadei Sabaud. ducis filia.
- - ei conſtituitur a Ferd. Bau. elect. donatio propter nuptias. III, 178. 342. II, 513.
- - ei datur dos per tabulas dotales. II, 501.
- - de eius dote quid in tabulis dotalibus conuentum ſit. *ib.* 513.
- - ſponſalitia largitas quaenam ei aſſignata a ſponſo. III, 129.
- - dotalitium quodnam ei conſtitutum ſit III, 342.
Adelheid de Müntzenberg vid. Müntzenberg
Adelheida Saynenſ.
- - ei ſub dotis nomine ab Henr. Raugrauio quaedam caſtra etc. aſſignantur. III, 424.
Adelſtanus, Eduardi I. R. Britann. filius nothus
- - rex declaratur. III, 582.
- - mater eius quaenam fuerit. *ib.* 581.
- - patri ſuo, excluſis etiam filiis legitimis in Angliae regno ſucceſſit. *ib.* 583.
Adelwinda
- - concubina Caroli M. V, 216.
Adfinitates
- - ad firmandas vires conciliantur I, 355. §. 78.
- - earum denegatio an anſam belli praebeat. I, 388. ſeqq. §. 123.
Adgnati
- - pupillis tutores in teſtamento ſcribere non poſſunt. VI, 5.

Ad-

Adgnati
- - ius contradicendi habent in ſucceſſionibus liberorum ex inaequali matrimonio natorum. II, 59.
- - ſuo fauori renunciare poſſunt. *ib.*
- - pactis inter ſe initis liberos ex matrimonio inaequali natos a ſucceſſione excludere poſſunt. *ib.* 61.
- - in feudum ſimul et in allodium auitum proprio iure num ſuccedere et adquiſitum repudiare poſſint. III, 18.
- - defuncti facta praeſtare non debent. *ib.*
- - quatenus dotem praeſtare debeant. *ib.* 28. ſeqq.
- - quatenus ad dotalitium obligentur. *ib.* 250.
- - illuſtres, fratri ſ. agnato regenti ſunt ſubiecti. V, 23. ſeqq.
- - iis competit tutela *ib.* 223.
- - ex primaeua regni delatione, deficientibus proximioribus, ad regni vocantur ſucceſſionem. *ib.*
- - iis in quibusdam regnis tutela interdicitur. *ib.*
- - iis intereſt, vt res publica bene adminiſtretur. *ib.*
- - ad adminiſtrationem bonorum varie vocantur *ib.* 590. 593. 610.
- - iis competit tutela feudalis minorum agnatorum. *ib.* 600.
- - excludunt in feudali tutela teſtamentariam et maternam. *ib.* 611. 648.
- - non ſolum, ſed interdum quoque ſimultanee inueſtiti, confratres et cognati ad tutelam admittuntur feudalem. *ib.* 612.
- - prouti olim ita et hodie a tutela publica excludi nequeunt. *ib.* 648.

Adgnatus
- - ſucceſſori ſuo impuberi num per teſtamentum tutores ſcribere poſſit. VI, 9.

Adminiſtratio
- - bonorum allodialium minorum diſtinguitur ab eorum tutela. V, 593. 630.
- - in quo conſiſtat. *ib.* 632.

Adoloardus ſ. *Adoloaldus rex Longobard.*
- - cum matre Theodelinda regnauit. III, 54.
- - cur a Longobardis de regno eiectus ſit. *ib.*
- - in eius locum Arioaldus ſubſtitutus eſt. *ib.*

Adolphus II. dux Holſatiae
- - num tutelae maternae ſubfuerit. V, 526.

Adolphus Geldriae dux
- - deſponſatur Ludouici Sabaudiae ducis filiae impuberi. I, 461.

Adolphus Romanorum Rex.
- - Wenceslao Bohemiae regi quasdam terras imperii obligat. III, 195.

Adolphus, *dux Iuliac.*
- - matrimonio iungitur cum Maria Cliuenſi. II, 575.
- - dotem cum illa quantam acceperit. *ib.*

Adolphus, comes Cliuenſis
- - vxorem duxit Agnetem, Ruperti Palatini imp. filiam. II, 566.
- - dotem cum vxore ſua qualem nactus *ib.*
- - eius filiae quomodo dotatae ſint. *ib.* 574.

Adolphus Fridericus I. dux Megapol. Suerin.
- - vxorem liberorum ſuorum minorum tutricem vnacum 2. filiis maiorennibus nominauit. V, 532.
- - tutelam legitimam in filium Io. Alberti, ducis Guſtrou. ſibi vindicauit. *ib.* 527.

Adolphus Fridericus dux Megapol. Streliz.
- - cum Ioanna, Friderici I. ducis Saxo-Gothani, filia matrimonio iungitur II, 562.
- - dotem inſignem cum ea accipit *ib.*
- - morgengabam Ioannae Gothanae conſtituit. III, 147.
- - filius eius Chriſtianus contra eum litem mouet de alimentis. V, 40.

Adolphus Guilielmus, dux Saxo-Iſenac.
- - per teſtamentum prouinciarum regimen agnato detulit. V, 472. 629. VI, 18.
- - liberorum ſuorum educationem matri reliquit. V, 629.
- - quando mortuus. VI, 18.

Adolphus, Gleichenſis comes
- - curator fuit conſtitutus vnacum aliis Eliſabethae comitiſſae Gleichenſi. V, 621.

Adoptio
- - eſt modus adquirendi patriam poteſtatem. IV, 407.
- - non ſolius iuris ciuilis, ſed et naturalis eſt. *ib.* 408.
- - definitur *ib.* 409.
- - naturae imago dicitur. *ib.*
- - iure Romano eſt actus legitimus *ib.* et 479. ſeqq.
- - num hodie abierit in deſuetudinem *ib.* 410.
- - ius ſanguinis non tribuit *ib.* 468. 474.
- - apud Mauros obtinuit *ib.* 492.
- - non ſolum iure Germanico antiquo ſed et hodierno adhuc obtinet. *ib.* 411.
- - fit hodie quandoque per comites Palatinos. *ib.*
- - non ſolum inter priuatos ſed etiam inter illuſtres valet. *ib.* 413.
- - eius effectus in perſonis illuſtribus *ib.* 470.
- - rationes eius in perſonis illuſtribus vel publicae ſunt vel priuatae. *ib.* 414.
- - imperatoris conſenſus in imperio num ſemper ad eam requirendus ſit. *ib.* 469.
- - eius ritus apud Romanos deſcribuntur. *ib.* 417. 479.
- - per legem curiatam fuit facta coram pontifice. *ib.* 420. 424.
- - eſt vel vera, vel ſimulata. *ib.* 422.

Ad-

Adoptio
- - ſimulata apud Romanos fuit prohibita *ib.* 423.
- - ea facta, apud Romanos inter-illuſtres adoptatus adoptanti publice grates agere debuit. *ib.* 424.
- - requiſita Romanorum perpenduntur. *ib.* 425. ſeqq.
- - Herculis a Iunone ſuſcepta *ib.* 426.
- - illius ritus ſub Chriſtianis imperatoribus per diuinum ſacrificium et cantus diuinos. *ib.* 427.
- - fit tam a maſculo quam femina
- - inter illuſtres. 507. *ib.*
- - per teſtamentum inter illuſtres et priuatos olim vſitata. IV. 428.
- - a L. Barone G. de F. ſuſcepta. *ib.* 429.
- - num illuſtres perſonae etiam Iur. Rom. regulas obſeruare teneantur. *ib.* 455. ſeqq.
- - per baptiſmum inter illuſtres vſitata. *ib.* 431.
- - illuſtrium publica atque priuata. *ib.* 456.
- - idem mos apud Graecos obtinuit *ib.* 432. 479.
- - - - nec non apud Hebraeos inſoleuit. *ib.* 478.
- - ea per baptiſmum facta, inter patrinos et filios adoptatos ſpiritualem cognationem contrahit. *ib.* 433.
- - per arma apud barbaros fuit vſitata, *ib.* 434.
- - ſed haec adoptio ius ſui heredis et ſucceſſionis non tribuit. *ib.* 436. 470.
- - per barbam. *ib.* 437.
- - per capillum. *ib.* 436.
- - per matrimonium. *ib.*
- - per traditionem bonorum. *ib.* 438.
- - per eam arrogatus et adoptatus patriae poteſtatis ius amiſit. *ib.* 439.
- - per eam adoptiuus filius patris adoptantis nomen aſſumit. *ib.*
- - in fratrem matremque *ib.* 441.
- - iuſſu Adriani M. cum Aurelio ab Anton. Pio ſuſcepta. *ib.* 414. 424.
- - Traiani, a Nerua facta. *ib.* et 482.
- - a Galba cum Piſone celebrata. *ib.* 415. 421.
- - P. Clodii. *ib.* 417. 423. 425.
- - Octauiani a Iulio Caeſare in teſtamento facta *ib.* 420. 480.
- - Caii, Lucii, Agrippae, et Tiberii ab Aug. expedita. *ib.* 421. 480. ſeqq.
- - Aelii Veri ab Adriano imp. ſuſcepta. *ib.* 424. 486.
- - Alexandri a Heliogabalo facta. *ib.* 425. 487.
- - Germanici a Tiberio celebrata. *ib.* 426.
- - Neronis a Claudio effecta. *ib.* et 481.
- - Heraldi, Dan. regis a Lud. Pio facta. *ib.* 431.

Adoptio
- - Theodorici R. Gothorum cum rege Herulorum celebrata. *ib.* 434. 492.
- - Zenonis cum Theodorico, R. Gothór. per arma expedita. *ib.* 435.
- - a Guntramo Rege Aureliano cum Childeberto ſuſcepta. *ib.* et 496.
- - Ioannae II. Alfonſum in locum filii recipientis. *ib.* 440.
- - Ladislai, R. Hungar. cum Eliſabetha, Io. Hunn. vidua eiusque filiis facta. *ib.* 441.
- - a Ludouico Bauaro cum Rudolpho Palat. celebrata. *ib.* 445.
- - a Sigismundo Auſtr. Archiduce cum Max. ſuſcepta. *ib.* 447.
- - Matthiae imp. Ferdin. in filium recipientis. *ib.* 448.
- - Friderici Vict. elect. Palat. Philippum ingenuum in filium adſciſcentis. *ib.*
- - ab Hermanno, Sueuiae duce, cum Ludolpho, Ottonis M. filio facta. *ib.* 450.
- - Conradi, Palatini Rheni cum Henr. duce Sax. celebrata. *ib.* 451.
- - per Henricum III. comitem ab Epſtein ducemque Carinthiae cum Henrico Ortenburg. ſuſcepta. *ib.* 453.
- - Friderici III. cum Ludouico Ciliae comite expedita. *ib.*
- - a Ioachimo Ortenburgico cum Friderico Caſimiro facta. *ib.* 454.
- - Philippi Reinhardi, qui a Friderico Caſimiro, comite Hanouienſi in filium adſcitus eſt. *ib.*
- - Georgii, dynaſtae de Freundsberg, qui per teſtamentum cognatum ſuum Wolffg. Guil. de Mexelrein, dynaſtam de Waldeck adoptauit. *ib.* 455.
- - ea num gaudeant principes eccleſiaſtici. *ib.* 469. ſeqq.
- - vtrum apud Gallos vſitata ſit. *ib.* 410. 495. ſeqq.
- - Sigeberti cum Childeberto ſuſcepta. *ib.* 496.
- - Caroli VI. R. Gall. cum Henr. V. R. Angl. celebrata. *ib.* 499.
- - a Stephano, Angliae rege cum Henrico ſuſcepta. *ib.* 500.
- - Boleslai Pudici, qua Leſcum Nigrum ſibi filium et ſucceſſorem adſciuit. *ib.* 502.
- - Arturi III. Brit. ducis cum Petro agnato celebrata. *ib.*
- - Io. Borromaei, cum Vitelliano facta. *ib.*
- - Guid. Vbaldi, cum ducis Vrbin. Friderici Ferretrii ducis filio perpetrata. *ib.* 505.
- - Iulii Mazarini Card. qua ſibi Carolum Portanum filium denominauit. *ib.* 506.
- - Caſimiri, Polon. regis, cum Carolo, Lud. Hung. R. filio peracta. *ib.*
- - Annae Palatinae per Io. Caſimirum, R. Polon. expedita. *ib.* 507.

Adoptio
- - Alexandri M. ab Adacarum regina facta. *ib.*
- - Zoe, Graecor. Auguſta, qua Michaelem Paphlagonem denominauit filium *ib.* 508.
- - a Margaretha Danica cum Erico Pomerano peracta. *ib.*
- - Antonii Andegau. ducis per Ioannam Neapol. facta *ib.* 510.
- - Alfonſi, Arragon. regis, et Lud. Andegauenſ. a Ioanna II. R. Neapol. ſuſcepta. *ib.* 515.
- - Carlottae Hieroſolym. qua Carolum II. Sabaud. ducem filium ſibi adſciuit. *ib.* 521.
- - Senatus Veneti cum Catharina Iacobi Luſignani vxore celebrata. *ib.* 522.
- - Roiautrudis, qua Salomonem regem arrogauit. *ib.* 525.
- - Franciſci Sfortiae a Philippo Maria, Mediolanenſ. duce facta. III, 597.
- - Iugurthae a Micipſa facta. IV, 413. 426. 428. 490.
- - Auguſti imp. *ib.* 414. 480.

Adoptatus
- - inter illuſtres apud Romanos adoptanti grates publice agere debuit. IV, 424.
- - per baptiſmum, inter illum atque eius patrinos olim ſpiritualis cognatio contracta eſt. *ib.* 433.
- - patris adoptantis nomen aſſumit. *ib.* 439.
- - num in regno ſuccedere poſſit, *ib.* 441.

Adoptatus
- - illum iure Romano adoptans, decem et octo annis praecedere debuit. *ib.* 425.
- - filius in feudo imp. R. G. ſuccedere nequit. *ib.* 468.
- - ſuccedere tamen poteſt per ſolum diploma in feudis mere hereditariis, quae liberae diſpoſitioni relicta ſunt. *ib.*
- - quatenus in feudis nouis etc. ſuccedere queat. *ib.* 469. 470.
- - plebeiae conditionis, ſi in filium a principe vel comite adſcitus, num dignitatem, ſtatumque principis comitisque exinde conſequatur. *ib.* 471.

Adrianus II. Papa
- - ſub eo de diuortii cauſſa Lotharii, Regis Lotharing. diſceptatum eſt. IV, 298.
- - Waldradam, Lotharii concubinam ab excommunicationis vinculo abſoluit. *ib.* 299.

Aduentulus (*Iac. Mutius.*)
- - filium naturalem, Franciſcum Sfortiam reliquit. III, 594.

Adultera
- - ſi principis coniux, num ab eo tanquam marito punienda. II, 440.

Adulterium
- - deſcribitur. II, 248.
- - num illud committatur, ſi coniux per procuratorem effectus cum perſona extranea concumbat. *ib.*

Adulterium
- - eius poena apud Germanos vxorum maritis fuit permiſſa *ib.* 249.
- - ob illud diuortia ſunt permiſſa. IV, 233.
- - eſt vel verum vel praeſumtum *ib.* et 256.
- - ob illud non admittunt catholici diuortium. *ib.* 249.
- - - attamen proteſtantes. *ib.* 250.
- - iure ciuili probatum videtur per oſculum luxurioſum et appoſitionem manus ad mamillas. *ib.* 257.

Aegeus Athenienſ. rex.
- - filium ſibi adoptauit. IV, 479.

Aegydius filius natur. Ludouici I. duc. Borbon.
- - vxorem Ioannam de Chatel-Peron duxit. III, 532.

Aegyptii
- - filios ſpurios legitimis pares conſiderarunt. III, 559.
- - lege ſtatutum habent, vt cum ſororibus matrimonium ineatur. I, 488 §. 11.

Aelius Verus
- - ab Adriano adoptatus fuit. IV, 486.
- - ad vxorem de extraneis voluptatibus conqueritur. V, 211.

Aemilia Naſſouia coniux Emanuel. Luſitan.
- - eius matrimonium deſcribitur. II, 199.

Aemilia, comitiſſa Oldenburg.
- - tutelam filii ſui, Alberti comitis Schwarzburg. Rudelſtad. cum Henrico II. iun. Rutheno geſſit. V, 564.

Aeneas
- - cum Lauinia Latini regis filia regnum Latinum accepit. III, 52. ſqq.
- - filium Aſcanium reliquit. VI, 20.
- - poſt eius mortem vidua Lauinia tutelam et regimen filii adminiſtrauit. *ib.*

Aepalius Locrorum Rex
- - ei ſucceſſit Hyllus Herculis filius. IV, 442. 479.

Aerodius (Petrus) Quaeſ. Andegau.
- - filium ſuum a Ieſuitis vindicauit. V, 13.
- - conſcripſit librum, filium pſeudo Ieſuitam denominatum. *ib.* 14.

Aetas vide *maiorennitas* et *venia aetatis*
- - quaenam pro legitima matrimonii ineundi ſit habenda. I, 406.

Africanus (Scipio)
- - Pauli Aemilii filium adoptauit, eumque bonorum heredem reliquit. IV, 480.

Agamemnon
- - Achilli ſeptem vrbes in dotem dare promiſit. II, 513.

Agatha
- - concubina Ioannis ſine terra fuit. V, 286.
- - matrimonio iungitur Leolino, Walliae principi. *ib.*

Agatha, Conradi Tubing. comitis filia.
- - poſt mariti, Eberhardi, comitis Ho-

Ho-

Hohenloici in Langenburg et Waldenburg filiorum vnacum aliis fuit curatrix. V, 570.

Agathocles filius Lyſimachi, Thraciae et Ponti R.

- - interficitur a patre. V, 97.

Aggratiandi ius

- - competit principi. V, 49.
- - etiam in delictis liberorum ſuorum. *ib.*
- - - tunc ſolum locum habet, quoties aggratiando et reipubl. et liberorum ſaluti conſuli poteſt. *ib.* 50.

Agilolfingus rex Longobard.

- - quamdiu regnauerit. III, 54.
- - filium puerum reliquit Adoloaldum. *ib.*
- - poſt eius mortem qui in regno imperauerit. *ib.*

Agnati vide *Adgnati.*

Agnes, Alberti Brandeburg. marchionis filia.

- - primas nuptias cum Erico VII. rege Daniae celebrauit. II, 150.
- - ſecundas nuptias iniit poſt obitum prioris mariti, cum Ioanne II, comite, et Vagriae dynaſta. *ib.*

Agnes Auſtriaca.

- - eius maritus Bulco Suidnicenſ. et Iarouienſ. dux fuit. III, 322.

Agnes, Andreae Vngariae regis vidua.

- - in eam compromittitur ab Alberto Auſtriae duce. I, 92.

Agnes Hedwig, Anhaltina

- - eius dos quanta fuerit. II, 589.

Agnes, Gallicana

- - vxor Andronici Graeci imperat. fuit IV, 74.
- - dimittitur ab marito. *ib.*

Agnes, Haſſiaca

- - inter eam et eius maritum, Mauritium ducem, quid de dotalitio ſtatutum. II, 593.

Agnes, Oelſenſis ducisſa

- - a Sigismundi imp. vxore Barbara dotem accepit. II, 585.

Agnes, Conradi Sueu. et comitis Palatini filia

- - matrimonio iuncta fuit Henrico, duci Sax. IV, 451.

Agnes, Ruperti Palatini imp. filia

- - Adolpho, comiti Cliuenſi nupta fuit. II, 566.
- - eius dos in quo conſtiterit. *ib.*

Agnes, Sabaudica

- - ei conſtituit Ludouicus XI. R. Gall. dotem. II, 542.

Agnes Otton. Sen. Meraniae ducis filia et vxor Fridr. II. Auſtr.

- - ab ea diuortium fecit Fridr. II. Auſtr. IV, 316.

Agnes Fridr. com. in Caſtell. filia.

- - ei conſtituit Michael iun. dominus in Schwarzenberg dotalitium. III, 427.

Agnes Ottonis Geldriae comitis filia

- - eam repudiauit Henricus Namurci comes. IV, 62.

Agnes, ſ. Maria Bertholdi IV. Meraniae et Bohemiae ducis filia

- - matrimonio Philippo Auguſto Regi Gall. iungitur. IV, 145.

Agricola (*Iulius*)
- - Domiciam Decidianam cur ſibi iunxerit I, 299. §. 3.
Agrippa
- - adoptatus ab Auguſto, imp. R. IV. 421.
- - ab Auguſto abdicatus eſt ob ingenium ſordidum et ferax. V, 178. vid. plura ſub *Auguſto.*
Ahaſuerus
- - repudiata Vaſthi, Eſtheram duxit reginam II, 66. 119.
Alania (*Lucretia*)
- - pellex Alfonſi V. R. Arragoniae V, 226.
Albertina Agnes, Henr. Arauſ. principis vidua.
- - liberorum ſuorum poſt caedem mariti fuit tutrix. V, 559.
Albertina (*Ioanna*) *Henr. IV. R. Gall. mater.*
- - matrimonium inaequale cum comite Goion. iniit. II, 148.
Albertus I. imperator.
- - tutor fuit Ioannis Parricidae. V, 427.
- - cum Philippo rege Franciae conuenit de vna ipſius filiarum vni ex huius filiis in matrimonium danda. I, 185.
- - Eliſabetham, Meinhardi III. ducis Carinthiae filiam ex ratione ſtatus duxit vxorem. *ib.* 304.
Albertus II. dux Auſtriae
- - eius filia Margaretha ſecundogenita Meinhardo Tirol. comiti fuit promiſſa, ſed matrimonium effectu caruit. II, 550.
- - dotem filiae ſuae conſtituit. *ib.*
- - ſacris primum fuit deſtinatus. I, 307.
- - ex quanam cauſſa Vdalrico Ferretarum comitis filiam duxerit vxorem. *ib.*
Albertus dux Auſtriae.
- - Beatrix. Friderici IV. Burggrauii Norimberg. filia ei matrimonio iungitur. I, 189. II, 565.
- - dotem et donationem propter nuptias qualem nactus ſit. *ib.*
Albertus III. Auſtriae dux.
- - poſt eius mortem de tutela controuerſia oritur. V, 427.
Albertus V. dux Auſtriae et ſub impp. II.
- - Sigismundi filiam duxit vxorem et tum ipſa imperium Romano Germanicum obtinuit. I, 305.
- - num eam adhuc impuberem ſibi deſponſauerit. II, 417.
- - vxorem grauidam moriens reliquit. III, 482.
- - tutores poſthumo conſtituit. V, 422.
- - dotem filiae ſuae, Annae, ſponſae Guilielmi, ducis Sax. promiſit. II, 586.
- - eius tutor fuit Leopoldus IV. cui deinde Erneſtus iunctus eſt. V, 427.
Albertus, Archidux Auſtriae
- - matrimonium iniit cum Iſabella Clara Eugenia, Philippi II, R. Hiſp. filia. II, 233. 289.

Al-

Albertus V.
- - procuratorio nomine cum ea fuit copulatus. *ib.* 289.
- - num eam nude ex ratione ſtatus, vt Belgas Foederatos ſub iuga Hiſpaniae reduceret, contraxerit nuptias. I, 383.
- - ſub quibusnam conditionibus Belgium in dotem acceperit. *ib.*

Albertus, Archidux Auſtriae
- - quaedam edicto de liberis naturalibus diſpoſuit. III, 553.

Albertus I. dux Bauariae
- - eius ſponſae, Margarethae Lignicenſi Carolus IV. imperator dotem conſtituit. II. 541. 585.

Albertus V. dux Bauariae
- - ei promittit Carolus V. imp. filiam ſuam Mariam vtrisque impuberibus vnacum dote. II, 552.
- - Mariam Caroli V. Imperatoris filiam per ſponſalia de futuro et praeſenti coniugem ſibi ſociat. I, 155. §. 16.
- - an hanc ſibi coniunxerit nondum ſeptennem *ib.* 448. §. 49.
- - donatio propter nuptias qualis huic ab eo conſtituta. III, 178.
- - quam poenam, ſi recederet ab hoc contractu ſponſalitio, promiſerit. I, 176.
- - ſponſalitia largitas quanta ab eo conſtituta. III, 144.
- - Cunigundam Friderici III. Imperatoris filiam, *inſcia ipſius patre*, duxit vxorem I, 219. ſeqq. §. 14.
- - an ipſi a ſocero hanc ob rem bellum illatum. *ib.* 220.
- - in eius tabulis dotalibus cum Maria, Caroli V. filia initis diſtinguuntur *Heyraths-Guth, Wiederlegung und Morgengab.* III, 130.
- - tutor Philippi Marchionis Badenſis fuit. V, 521.

Albertus Achilles Brandenburg. Elector
- - deſponſat filiam *impuberem* Alberto Animoſo, Saxoniae Duci I, 455. §. 54.
- - eandem reſciſſis his ſponſalibus deſponſat Henrico Duci Munſterbergo. I, 456. §. eod. 457. §. 55.
- - dotem filiae ſuae Sybillae conſtituit. II, 564.
- - filiam Anaſtaſiam impuberem deſponſat impuberi Haſſiae Landgrauio I, 459. §. 59.
- - filiam impuberem Barbaram deſponſat duci Glogauienſi. I, §. 62. 462.
- - in diſpoſitione quadam dotem poſteris ſuis conſtituit. II, 563. ſq. 600.
- - de tutela liberorum ſuorum in teſtamento diſpoſuit. V, 489.

Albertus Alcibiades marchio Brandeb. lineae Culmbac.
- - ſorori ſuae Cunigundae dotem attribuit. II, 565. ſeqq.

Albertus dux Boruſſiae marchio Brandeburg.
- - ex Sigismundi Augusti Poloniarum regis ſororibus vnam Ioanni Friderico Iun. duci Sax. in matrimonium propoſuit. II, 203.

Albertus Marchio Brandeburg.
- - eius filia Beatrix matrimonio iuncta fuit Henrico Leoni, duci Megapol. I, 348.

Albertus Fridericus, Boruſſiae dux.
- - Mariam Eleonoram, Guilielmi, Iuliae, Cliuiae etc. ducis filiam vxorem duxit. II, 579.
- - vxori ſuae antedictae morgengabam promiſit. III, 97. 145. ſeqq.
- - tutor ei a patre conſtitutus eſt. V, 490.
- - curator quoque ei denominatus *ib.* 626.

Albertus Burggrauius Noriberg.
- - ei nupta fuit Sophia Henrici XIII. Henneberg. principis filia II, 580.
- - dotem qualem cum ea acceperit. *ib.*

Albertus archiepiſcopus Magdeburg.
- - ius aduocatiae in marchionatum Brandeburg. ſibi expetiit. V, 599.
- - eum inueſtiuit Frid. II. imp. de feudis, quae marchiones Brandeburg. minores ab imperio tenebant in feudum. *ib.* 488. 604.
- - *das Angefälle* in terris Brandeburg. durante minorennitate marchionibus ab imperatore ei conceditur. *ib.*
- - inito transacto renunciauit *dem Angefälle. ib.*

Albertus II. dux Sax.
- - cum vxore Agnete Saxoniae Palatinatum obtinuit. II, 336.

Albertus (Degener) filius Henrici Illuſtr.
- - Thuringiam a patre nactus eſt. II, 88.
- - Thuringiae Landgrauius fuit *ib.* 90.
- - concubina vſus eſt Cunigunda de Iſenberg. V, 220.
- - matrimonium contrahit cum eadem II, 644. V, 220.
- - eius filius Ludou. ſ. Apitius legitimatur per ſubſequens matrimonium, II. add. T. III, 644. ſeqq.
- - matrimonium init cum Margaretha Fridr. II. imp. filia. II, 539. 602.
- - ei nihil ſuppeditat poſt ſeparationem IV, 277.
- - filium ſuum Apitium Thuringiae principem facere voluit. III, 645.
- - ipſique adſignat Tennebergam ſedem. *ib.*
- - cur Thuringiam Adolpho imp. vendiderit. *ib.*
- - eius filii ſibi poſteriſque ſuis eam conſeruarunt. *ib.* 646.
- - coniugi Margarethae mortem intentauit. V, 220.
- - dominium Pliſnenſis terrae cum hac Margaretha adeptus eſt. I, 340.

Albertus dux Sax.
- - conditor lineae Albertinae. V, 455.

Albertus dux Sax.
- - de tutela liberorum ſuorum in teſtamento diſpoſuit. V, 455.
- - quindecim annos natus deſponſatur electoris Brandenb. filiae octenni. I, 455.
- - cur hoc matrimonium non conſummauerit, et cuiusnam filiae ſe poſtea deſponſauerit idem. *ib.* 456.

Albertus dux Saxo-Coburg.
- - coniugem alteram S. L. de Kimpinski in principalem dignitatem euehi curauit. II, 58. 90.
- - huic morgengabam, dotalitium conſtituit. III, 131. 240. 242. ſeq.

Albertus Megapolitanus dux.
- - an eum coniuge ſua Richarde comitatum Suerinenſem adquiſiuerit. I, 348.

Albertus I. dux Megapol.
- - teſtamento vxorem nominauit tutricem liberorum. V, 528.
- - alios quoque conſtituit liberis ſuis tutores. *ib.* 529.

Albertus dux Megapol.
- - ei deſponſatur impubes puella. III, 255.
- - ante nuptias moritur. *ib.*

Albertus princeps Schwarzburg. Rudelſtad.
- - tutelae poſt patris mortem ſubfuit. V, 564.

Albertus Erneſtus, princeps Oetting.
- - duas ſorores vxores ex ICtorum atque Theologorum conſilio duxit. I, 499. II, 17.

Albertus Otto, comes in Solms-Laubach.
- - vidua eius filii tutelam geſſit. V, 580.

Albertus comes Hanou.
- - tutelae maternae ſubfuit. V, 569.

Albicia (Eleonora)
- - concubina Ioannis Medicaei fuit. V, 314.
- - inſcio patre ſeducitur. *ib.*
- - a Ioanne derelinquitur et ciui nobili nuptui datur. *ib.*

Albina
- - concubina Canuti I. regis Angl. III, 471. V, 281.

Alencaſtro, (Domini de)
- - vnde ortum ſuum trahant. III, 603.

Alenconii duces
- - eorum liberi naturales deſcribuntur. III, 544.

Alenconius dux
- - quibus de cauſſis a rege Galliae in ergaſtulum detruſus I, 264

Alengonius (Franciſc.)
- - ei ab Eliſabetha II. regina Angliae dignitas et titulus regis Angl. conceditur. II, 169. §. 33.

Alexandrius Spartiadum rex
- - eius filiorum natiuitatis cuſtodes parturiendi adhibiti ſunt. III, 478.

Alexander
- - ab Heliogabalo adoptatus fuit. IV, 425. ſeqq.

Alexander Epiri rex
- - quidnam ipſum mouerit, bellum aduerſus Alexandrum M. tentatum omittere. I, 360.

Alexander II. Papa
- - conciliorum poteſtatem in cauſſis matrimonialibus agnoſcit. II, 14.

Alexander Magnus Graeciae dux.
- - Macedones eius matrimonium cum Roxane male audiunt. II, 68.
- - Roxanen grauidam moriens reliquit. V, 344.
- - ex Roxane Satrapae filia genuit filium, quem ob impar matrimonium a ſucceſſione excludere voluit Ptolomaeus. II, 27. n. 4.
- - a quonam creatus I, 12. §. 6.
- - partus adulterinus num fuerit. III, 461.
- - quidnam ad ſtabiliendum regnum Perſarum neceſſarium duxerit I, 359.
- - adoptatus eſt ab Adacarum regina. IV, 507.
- - quomodo Porum et Taxillem Perſiae reges reconciliauerit. I, 366. §. 82.
- - cum Amazonum regina pactum de educandis liberis iniit. V, 8.
- - in concubinatu vixit. V, 213.

Alexander VI. Papa
- - Regi Caſtellae Ferdinando titulum illuſtris tribuit. I, 111. §. 11.
- - mulieribus maxime addictus fuit. V, 311.
- - liberos naturales reliquit. *ib.*

Alexander VII. Pontifex Rom.
- - nuptias Chriſtiani, ducis Mecklenburg. cum Chriſtiana Margaretha nullas declarauit. IV, 237

Alexander Primus dux Florentiae, vid. *Medices.*
- - num Clementis VII. Papae naturalis filius fuerit. III, 592.

Alexander Henricus, dux Holſat.
- - matrimonium inaequale iniit. II, 93.
- - catholicam religionem adſumſit *ib.*
- - eius liberi a ſucceſſione excluduntur. *ib.*

Alexander, Baſtardus de Bourbon.
- - filius naturalis Ioannis I. ducis Borbonii fuit. III, 533.

Alexander, Herodis filius
- - a patre accuſatus fuit. V, 24. 57. 98.
- - quibusnam ex cauſſis. *ib.*

Alexander, Archiepiſcopus Fani Adriani
- - in omnem libidinem fuit ſolutus. V, 289.
- - in concubinatu vixit. *ib.*

Alexandrina Iuliana, comitiſſa Leining.
- - Georgii Haſſiae Landgrauii vxor primum fuit. II, 208.
- - ſecundas nuptias cum Carolo Haſſiae Landgrauio, Wanfridae ad Werram ſedem habente, celebrauit. II, 208.

Ale-

Alexandrina etc.
- - ſui mariti religioni acceſſit. *ib.*

Alexius Ant. Chriſtianus, filius principis Naſſou.
- - eius vitae genus deſcribitur. II, 102.

Alexius Petrowitz, Ruſſorum princeps hereditarius.
- - cum Charlotta Chriſtina Sophia principe Brunſuicenſi, Torgauiae matrimonio fuit iunctus. II, 217.
